

infra jurisdictionem dictæ abbatiaë et vinctum duxerit ad castrum Cletarum, quod minime facere debuerat (debuisset), requisivit attentius et interpellavit dictum locumtenentem, et secundum informationes dictæ abbatiaë et ordinationem de super ipsi factam, dictum Stephanum Aubert sibi mistrali remittere et, jurisdictionem suam reintegrando, offensam emendare; paratus enim erat et se offerebat de eodem reddere rationem et justitiam. Ipse vero Johannes Pellis, locumtenens, ad hoc respondendo, dixit eidem mistrali et confessus est esse verum quod nuper, ad requisitionem, imo præceptum, venerabilis viri fratris Johannis Blancheti, ordinis fratrum prædicatorum, vice-inquisitoris fidei, et de dicto præcepto constat ejus litteris, quarum tenor talis est : « Domino locumtenenti Cletarum. Omnimoda »
 » recommendatione præmissa, domine locumtenens, quamvis
 » multa dixerim vobis, tamen, advisatus per multos conside-
 » ravi quod Nicoletus Richard est capiendus et etiam Stepha-
 » nus Aubert, de Loco, quia est in processu Fillietaz bene
 » nominatus et de loco suæ habitationis; quare, visa infamia
 » istorum, præcipio vobis, sub pœna excommunicationis, auc-
 » toritate apostolica, et sub pœna viginti-quinque duratorum
 » papilium comitatus, hos duos capiatis et detineatis, nec eos
 » relaxetis, donec fuerit formatus processus ipsorum per Ec-
 » clesiam. Non in hiis defficiatis, ne videamini fautorem esse
 » heræticorum, etiam ne incurratis pœnas et censuras, si
 » contra faceretis. Ideo, quod scio vos esse zelatorem fidei et
 » filium ecclesiæ obedientem, scribo vobis quod venissem et
 » quod, infra Veneris (diem), omnia ista sint facta et illico
 » mandetis mihi. Alia non scribo pro nunc. Valet! Scriptum
 » in Lausanna, tertia feria post Pentecosten. » (Mercredi 24
 Mai 1480.)

« Vester inquisitor,
 frater JOHANNES BLANCHETUS. »

Ipse locumtenens, eundem Stephanum Aubert in ripa lacus dictæ abbatiaë, a parte orientis, loco dicto *en Groënroux*, credens illustrissimum dominum, Sabaudiaë ducem, ibidem habere jurisdictionem, cepit et secum duxit vinctum, velut sus-

pectum de crimine *heræsis*, ad castrum Cletarum, ubi præfatus vice-inquisitor contra eum aliquandiu pressit, et, quia exinde, ad instantiam dicti abbatis, orta questione inter eundem et locumtenentem, super dicta materia, in Melduno, coram domino ballivo, et procuratore Vuaudi, aliisque officariis et burgensibus Melduni, visisque et lectis, in consilio, per eosdem litteris et titulis dictæ abbatix et disceptato de materia, tandem fuit ipso locumtenenti, ut fatetur oretenus, præceptum per dictos dominos ballivum et procuratorem ut dictum Stephanum remitteret eidem abbati et jurisdictionem eorum renuntiaret. Ipse locumtenens Cletarum, habito prius consensu et consilio spectabilis militis *Nicodi*, domini Sarratæ, castelani Cletarum, qui hoc fieri annuit et præcepit, obtulit se eidem mistrali remittere dictum Stephanum Aubert, cum omnibus bonis suis, prout de facto in præsentia mea, dicti notarii, et testium subscriptorum, per manus ipsius, mistrali ibidem remisit et expedivit, ab omni vinculo solutum, videlicet in angulo claustrum dictæ abbatix a parte venti, protestans tum, coram me dicto notario, quod ubi in futurum reperiretur, eundem dominum nostrum, ducem Sabaudix, in eisdem appendentibus abbatix, habere melius jus in jurisdictione quam abbatia, quod ista remissio non debeat eidem ferre præjudicium. Ipso autem Stephano, ut proficisceretur, remisso et in suo libero arbitrio existente, religiosus vir frater Vuinetus Barberius (*Barbey*) ordinis fratrum prædicatorum, procurator fidei, ipsis loco, hora et in præsentia quorum supra, locumtenentis, et mistralis, notarii et testium, ipsum Stephanum cepit, detinuit et vinxit, velut suspectum de dicto crimine heræsis, eundemque commendavit et remisit eidem mistrali, in carceribus dictæ abbatix custodiendum, donec de suo casu ad plenum foret cognitum. Qui quidem mistralis, velut filius obedientix, eundem recepit et incarceravit in dicta abbatia. De quibus præmissis, omnibus et singulis, ipsi, locumtenens, mistralis, rogaverunt sibi et cuilibet eorum fieri per me, notarium subsignatum, instrumentum publicum. Acta fuerunt hæc in dicto angulo claustrum, anno, indictione quibus supra, præsentibus ibidem

honestis viris *Petro Escuyer*, de Envy, *Nicodo Mambroz*, de Prumier, *Guillermo*, monaco de Romano-monasterio, *Petro Maguenat*, *Antenato*, de Vaullion, *Johanne*, filio Johannis, *Mareschaul*, et *Johanne*, filio Vaulcherii, *Piquet*, de Loco, sumptis pro testibus, venientibus et rogatis.

AYMONETUS POLLENS.

Nota. Exstant litteræ absolutionis et remissionis factæ de eodem *Stephano* mortuo in carceribus abbatix, ubi inquisitor incohaverat processum suum.

LIV.

Lettres du Conseil étroit de Moudon libérant les hommes du Lieu de la taillabilité que réclamait contr'eux l'abbé du Lac-de-Joux.

1483, 5 Janvier.

(*Grosse*, page 305)

Noverint universi et singuli, præsentés pariterque futuri, quod, quum probi homines villagii *Loci* fuissent in rotulo gieti noviter concessi illustrissimo domino nostro duci Sabaudix gitati et comprehensi in numero seu cum numero focorum et illorum reverendi domini abbatis Lacus juriensis, quumque ignorati fuissent sub umbra illorum subdictorum præfati domini abbatis Lacus juriensis, ad instantiam providi viri *Guilielmi Sutoris* (Souter), procuratoris et scindici villæ Melduni, receptoris gieti prædicti, hinc fuit quod *Johannes Piquet* gubernator et scindicus dicti villagii *Loci*, nomine totius villagii, ac *Stephanus Luginus*, *Guillielmus Raymondus*, dicti *Loci*, dictæ pignorationi se opposuerunt, dicentes non esse homines præfati domini abbatis, quibus opponentibus fuit ab ipsis hominibus du *Lieu* præfato domino abbati assignata certa dies ad

comparendum coram venerabili Consilio rescripto *Melduni*, dicturum et consensurum cuilibet ipsorum jura sua, si quæ haberent (Cur non veniebant, cogendi ut homines præfati domini abbatis.). Qua vero die assignata, coram præfato venerabili Consilio scripto *Melduni*, personaliter comparuerunt præfatus *Guillielmus*, gubernator dou *Lieu*, cum duobus aliis supra-nominatis, necnon frater *Perrinus de Gento*, nomine præfati domini abbatis lacus juriensis, quibus sic comparentibus, ostensæ per dictum gubernatorem de *Loco* quædam litteræ et recognitiones fidem facientes quo modo homines villagii prædicti *Loci* erant et sunt, homines villagii prædicti dou *Lieu*, illustrissimi principis domini nostri, ducis Sabaudiaë, et ipsis per dictum venerabile Consilium visis et lectis, fuit præfatus frater *Perrinus*, nomine quo supra, interrogatus per præfatum venerabile Consilium quot et quantos homines prædictus dominus abbas juriensis habebat? Qui frater *Perrinus*, nomine quo supra, coram ipso venerabili Consilio, juravit in ejus (suam) animam, manus supra pectus suum, more religiosorum, imponendo, quod præfatus dominus abbas non habebat nisi duntaxat *duos* homines subdictos, focum facientes. Quibus sic dictis, visis et auditis, fuerunt pignora ipsorum hominum relaxata, et inde, per ipsum venerabile Consilium *Melduni*, ordinatum quod dicti homines dou *Lieu* extrahendi et remanendi erant a rotulo præfati domini et pignorandi ad instantiam præfati domini *Guillielmi Sutoris*, nomine quo supra, et non cum hominibus præfati domini abbatis, quod non constaret ipsos homines dou *Lieu* esse *homines* præfati domini abbatis, nisi, tantum, præfati domini nostri ducis; quare, ego, *Guillielmus Sutor*, scindicus, prædictus, receptor gieti prædicti, sciens et spontaneus, habui et recepi, meque habuisse et recepisse legitime confiteor per præsentis, a dicto *Johanne Piguet* et *Claudio Meylan*, gubernatoribus et scindicis dicti loci dou *Lieu*, pro *tresdecim* focis, ad tantum taxatis, ad rationem quatuordecim solidorum bonorum lausannensis pro quolibet foco, videlicet *quindecim* florenos, et *duos* solidos et *sex* denarios, pro pastu equorum, levatos a dictis hominibus, de quibus quidem florenis

pastu equorum prædictis, ego præfatus *Guilielmus Sutor*, nomine quo supra, prædictos scindicos, nomine dicti villagii, quitto, cum pacto ulterius de præmissis non petendo, cunctis et singulis exceptionibus, allegationibus, defensionibus, oppositionibus et renuntiationibus utriusque juris, facti, usus et consuetudinis quibus mediantibus contra præmissa posset objici vel opponi renuntiantes, et maxime juri dicenti « generalem renuntiationem non valere nisi præcesserit specialis, » jurans, in super, ego, dictus *Guilielmus Sutor*, nomine quo supra, ad Sancta Dei Euangelia corporaliter tacta, contra prædicta, seu præsentem litteram, non facere, dicere, vel venire, per me vel alium, modo quovis, in futurum. In cujus rei testimonium, nos, *Claudius de Menthone*, dominus Rупpi-fortis (Rochefort) et condominus Albonæ, baillivus Vuauldi, ad preces et requisitiones præfati *Guillielmi Sutoris*, nobis oblatas fideliter et relatas per *Iohannem Crespi*, clericum Melduni, ballivatus Vuaudi juratum, cui, super his, vices nostræ commissæ sunt, et eidem fidem plenariam adhibemus, sigillum nomine ballivi Vuaudi præsentibus litteris apponendum curavimus. Datum, die tertia mensis Januarii, anno Domini millesimo quatercentesimo octuagesimo tertio.

Et ego, juratus prædictus, prædicta recepi auctoritate mihi commissa, scribi feci, signo quoque meo solito fideliter signavi, rogatus.

JOHANNES CRESPI.

Et ego, *Michaël Quiodus*, de Sancto-Mauritio, agaunensis, burgensis Lausannæ, commissarius subscriptus, apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, curiarumque Ballivatus Vuaudi juratus, qui recognitioni, confessioni, juriumque supra-designatorum exhibitioni, cæterisque in hujusmodi recognitione comprehensis, tres cursibus pergameni contentis, cum dicto teste, præsen s fui et inde hoc publicum instrumentum recepi, et per generalem notarium coadjutorem meum scribi feci, meque subscripsi, signo meo mihi fieri consueto fideliter signavi, subque sigillo communi castellanæ Cletarum, si opus fuerit, corroborandum curavi, in testimonium præmissorum.

MICHAËL QUIODUS.

Lettres de procuration de l'abbé et du couvent de l'abbaye
du Lac-de-Joux pour Perrin de Gento, curé d'Ependes.

1483. 15 Février.

(*Grosse, page 299.*)

In nomine Domini, amen !

Per hoc publicum instrumentum, cunctis pateat evidenter et sit manifestum quod, anno, a nativitate Domini, millesimo quatercentesimo octuagesimo tertio, indictione prima, cum eodem anno sumpta, et die quindecima mensis Februarii, in manibus notarii publici testiumque infra scriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, præsentia, personaliter constituti reverendus in Christo pater et dominus Johannes Pollenus, humilis abbas monasterii et abbatiae beatæ Mariæ-Magdalænæ Lacus juriensis, præmonstratensis ordinis, lausanensis diocesis, et conventus ipsius monasterii, videlicet : fratres Stephanus Fabri, prior, Johannes de Solerio, sub-prior, Petrus de Balma, Jacobus Huguonetus, Petrus de Glana, Claudius Goffon, Guilielmus de Cruce, de præfati domini Johannis, abbatis, auctoritate et consensu in capitulo dicti monasterii ad sonum campanæ capitulantes, in unum congregati, qui, scientes, gratis et sponte, ac omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma quibus potuerunt, servierunt et debuerunt, citra, tamen, quorumcunque aliorum procuratorum suorum, per eos, hactenus quorumlibet constitutorum, revocationem fecerunt, et constituerunt et sollemniter ordinaverunt eorum verum, certum, legitimum et

indubitatum procuratorem, actorem, factorem et negotiorum suorum infra scriptorum gestorem ac nuntium (commis) specialem et generalem, ita tamen quod specialitas generalitati non derogat, nec econtra, videlicet: religiosum virum *Perrinum de Gento*, curatum de Eспенdes, Lausannæ diocesis, præfati monasterii confessum, absentem tamquam præsentem, specialiter et expresse ad exigendum et recuperandum omnes census et redditus, omniaque et singula debita a quibuscunque personis dictæ abbatia debentibus et debere debentibus, quitantiam, seu quitantias, unam vel plures, dandum et prestandum, coram quibuscunque iudicibus, ecclesiasticis et secularibus, quacunque auctoritate fungentibus, comparandum, et, in quibusvis aliis causis per eosdem et contra eosdem motis, et monendum, accendendum et defendendum libellum, seu libellos (la demande judiciaire mise par écrit), et quascunque alias petitiones, et verbo, vel in scriptis, dandum et offerendum, et recipiendum exceptiones, proponendum, replicandum, duplicandum, triplicandum, et, si opus fuerit, quadruplicandum, litem, seu lites, contestandi et contestari videndi, de calumpnia evitanda et veritate dicenda, et cujuslibet alterius generis, licitum juramentum in animas præfatorum constituendum, prestandum, ponendum et articulandum, positionibus et articulis partis adversæ respondendum, suisque responderi (responsum) petendum, testes, acta, instrumenta emanata producendi, testes partis adversæ jurare videndi, contra testes et eorum dicta, ac litteram, acta, instrumenta, et alia munientia contra præfatos constituentes producta et producenda, dicendum et excipiendum, erraminibus et defectibus opponendum et probandum, protestandum dicendi, allegandi, beneficiumque absolvit simpliciter, vel ad cautelam et restitutionis in integrum, et quæcunque alia jura, remedia, iudicis officium humiliter implorandum, expensas, dampna et interesse petendum, et taxam petendum, et super, ipsi si necesse fuerit, jurandum, in causa et causis, concluendum et concludi videndum, et petendum jus interlocutorium, et definitivas sententias audiendum, et petendum sub eis et earum qualibet, seu

quolibet alio gravamine illato, vel inferendo, provocandum et appellandum, provocaciones et appellationes suas prosequendum, publicandum, et intimandum, et notificandum, semel et pluries, ac instanter, instantius, instantissime petendum, et obtinendum, necnon et sequestratorias et executoriales, a quibuscunque iudicibus et auditoribus emanatas et, per eosdem, continentes super quibuscunque rebus, obtentas et impetratas, et obtinendum et impetrandum omnibus et singulis personis de quibus expediens fuerit, præsentandum et notificandum, publicandum, ac illos exsequi (exsequendos) petendum, et exsequendum, juxta earum formam et tenorem, et quoscunque alios actus, circa id, necessarios exsequi, faciendum unum quoque vel plures procuratores, seu procuraciones, loco sint enim simili, aut, amitata (amissa) potestate, substituendum, et eum, vel eos, revocandum, totiens quotiens opus fuerit et sibi videbitur, præsentati procuracione nihilominus in suo robore duratura, et generaliter omnia et singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum et procurandum quæ in præmissis et singulis personaliter interessent, etiam se talia fore quæ mandatum exigent manere speciale quam præsentibus est expressum, promittentes, insuper, prænominati constituentes mihi dicto notario infra-scripto, tanquam præsentati ac publicæ personæ solempniter stipulanti et recipienti vice, nomine, et ad opus tum singulorum quorum interest, vel intererit, seu interesse poterit, quomodolibet, in futurum, ratum, gratum, firmum atque perpetuum habituros totum et quidquid per dictos procuratores, constitutores et substitutores ab eis, dictum, actum, gestum, factum atque procuratum fuerit, in præmissis, seu quomodolibet præmissorum, relevandum, nihilominus et relevare volentes procuratores hujusmodi ab omni onere, satisfaciendo iudicio sisti, et iudicato solvi, cum omnibus et singulis clausulis necessariis et opportunis, sub verbo et voto religionis præfati monasterii, manus ad pectus, ipsorum more religiosorum, apponendo, necnon sub hypothequa obligatione omnium bonorum prædicti monasterii, mobilium et immobilium, præsentium et futurorum, sub omni juris et facti renun-

tiatione ad hoc necessaria , pariter et cautela. Super quibus omnibus et singulis supra-dictis, dicti præfati constituentes mihi, dicto notario, subscripto, unum, vel plura, publicum, seu publica, petierunt fieri instrumentum et instrumenta. Acta fuerunt in capitulo monasterii prædicti, præsentibus ibidem Hugonino Martineto et Guilliemo Reymundo, de Loco, Lausannæ diocesis, testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego, Jacobus Saderius, de Annessiaco, Gebennensis diocesis, apostolica et imperiali auctoritatibus, notarius, omnibus et singulis, jam sicut præmittitur, dum fierent et agerentur, unacum prænominatis testibus, præsens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi; per hoc, ideo, præsens publicum instrumentum, manu mea scriptum, scripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegei, sic quoque et, nominibus meis solitis et consuetis, signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum præmissorum, rogatus et requisitus.

JACOBUS SADERIUS.

LVI.

Rénovation de la reconnaissance prêtée par l'abbé Guillaume de Bettens faite par Jean Pollens, abbé du Lac-de-Joux, en faveur de Nicod, baron de la Sarraz.

1483, 16 Mars.

(Grosse, page 111.)

Nos frater *Johannes Pollenus*, humilis abbas abbatiaë lacus juriensis, premonstratensis ordinis, Lausannæ diocesis, notum facimus universis quod, exhibitis nobis in capitulo dictæ abbatiaë cum conventu nostro sedentibus, pro parte nobilis et potentis viri *Nicodi*, baronis et domini Sarrazæ moderni, diversis litteris

recognitionum quibus constat predecessores ejusdem domini
 fuisse fundatores dictæ abbatix et inde plures predecessores
 nostros abbates tenuisse eosdem et recognovisse fore fundatores,
 avoërios et gardianos dictæ abbatix et bonorum ejusdem, ar-
 restatisque oculis nostris ad ultimam recognitionem factam per
 recolendæ memoriæ reverendum patrem fratrem Vuillielmum
 de Bettens, abbatem pro tunc dictæ abbatix, et ipsa lecta et
 considerata, attendentes itaque eundem dominum Sarratæ et
 ejus patrem protexisse et sustinuisse et defendisse privilegia
 dictæ abbatix in controversia quæ diu extitit inter nos et do-
 minum Nicolaüm Garrilliatum, quorum fratrum suffragio
 eadem abbatia per religiosos habitos regenda permansit et nos
 pacifici sumus, volentes predecessorum nostrorum vestigiis ad-
 hærere, confitemur et recognoscimus, de conventus nostri con-
 silio et assensu, attestamurque ipsos dominos Sarratæ esse
 fundatores, gardianos et protectores nostros, dictæ abbatix et
 conventus et bonorum nostrorum, prout et quemadmodum
 dictus abbas Vuillielmus recognovit, et promittimus, pro nobis
 et nostris successoribus, bona fide nostra et sub voto nostræ
 religionis et expressa obligatione bonorum dictæ abbatix om-
 nium, contra præmissa nunquam facere, etc., sed eadem rata
 habere, etc., renuntiantes expresse, etc. — Datum die decima
 sexta mensis Martii, anno Domini millesimo quatercentesimo
 octuagesimo tertio.

LVII.

Remise de l'abbaye du Lac-de-Joux faite à Jean de Tornafol par l'abbé Jean Pollens , en présence et du consentement de Nicod , seigneur de La Sarraz , et de nobles religieux de ce couvent.

1484, 17 Mars.

(Grosse , page 43.)

In nomine Domini, amen !

Hujus præsentis publici instrumenti serie , cunctis pateat et sit manifestum quod , anno ejusdem Domini, a nativitate (Noël) sumpto , currente millesimo quatercentesimo octuagesimo quarto, indictione secunda et die Mercurii decima septima mensis Martii, in mei, notarii publici, et testium subscriptorum præsentia, personaliter constituti et existentes, pro infra scriptis ad invicem tractandis, reverendus pater frater *Johannes Pollenus*, permissione Dei abbas abbatiaë Lacus juriensis, premontratis ordinis, Lausannæ diocesis, venerabilis et discretus vir dominus *Johannes de Tornafollo*, jurisperitus, curatus de Gumoëns, nobilis et strenuus miles *Nicodus*, dominus *Sarratæ* et baro, et alii infra gradatim nominati, qui quidem, dominus abbas, dominus (dominus) *Johannes de Tornafollo* et dominus *Sarratæ*, velut fundator et gardianus dictæ abbatiaë, cum aliis *fratribus* religiosi a nobilibus, memoriam facientes et resumentes imprimis qualiter, in grande prejuditium abbatiaë et electionis canonicæ dicti domini, venerabilis dominus *Nicolaüs Garrilliat*, sedis apostolicæ protonotarius et canonicus Lausannæ, a Summo Pontifice moderno obtinuerat in commendam prædictam abbatiam et quamvis, post electionem, tamen, prætextu ejusdem et diversarum censurarum, conatus fuerit multis modis ipsum dominum abbatem a dicta abbatia ejicere et possessionem ap-

prehendere, quam nullo modo habuit, ex quo dicta abbatia gravia dampna sustinuerat, tandem tamen, tractatu illustrissimi et excelsi principis et domini nostri *Karoli Sabaudie ducis*, in hujusmodi differentia, concordatum inter partes et ordinatum fuit quod ipse dominus *Garriliatus* deberet se desistere ab ipsa abbatia et juribus suis pro duobus membris, videlicet *Ruery et Lonay*, ad ejus vitam, sibi loco pensionis assignandis per eundem dominum abbatem, seu ab eo subrogandis, cum ratis aliis capitulis in eadem ordinatione descriptis, volentes itaque eidem ordinationi parere, et maxime idem dominus abbas, quantum, cum Deo, valebat, indemnitate dictæ abbatie succurrere et pastorem eidem idoneum surrogare, cum sit senio fractus et valetudinarius, qui appunctuat hujusmodi cum eodem *Garriliato* facto pareat et abbatiam salubriter regat. Regerunt, fecerunt, dixerunt, et venerunt, et firmaverunt invicem pacta, conventiones, conditiones et capitula sequentia: et primo *idem* dominus abbas, volens dictam abbatiam resignare et remittere, consensit et annuit in eundem dominum *Johannem de Tornafollo*, presentem et acceptantem, tam pro eo quod idoneum et industrem reperit, quam ad contemplationem, et de consilio, et assensu prelibati militis *Nicodi*, domini *Sarratæ*, velut fundatoris et gardiani dictæ abbatie, et spondit renuntiare eidem abbatie et juribus suis in favorem dicti domini *Johannis*, sub tamen modis, conditionibus, capitulis, reservationibus, et pactis, atque promissis sequentibus, tam inter eosdem, dominum abbatem et dominum *Johannem*, quam etiam religiosos et alios inferius nominatos observandis loco et tempore, et attendendum est: primo, quod idem dominus *Johannes de Tornafollo* debeat vestire habitum religionis premonstratensis et facere professionem ordinis secundum statuta, et in ingressu suo, videlicet in promptis solvere suis, apportare ad abbatiam, in manibus conventus, unam *taxam* argenti pondere unius *marchi* fini argenti, unum *discum*, duas *scutellas*, et duos *catinos*, et unum *potum* stagni (*stanni, d'étain*), facere *prandium* conventui, et dare religiosis *ensem*, prout de præmissis hactenus consuetum est; item, in ingressu suo, debeat remit-

tere eidem domino abbati omnes *provisiones* quas habeat a Sede apostolica super cura de Cuarnens; quod, quid remaneat in manibus dicti domini abbatis quasi vacuum, poteritque idem dominus abbas, cui voluerit, conferre; item, quod, hujusmodi resignatione non obstante, idem dominus abbas possit semper uti nomine benedictionis suæ celebrando in eadem abbazia in pontificalibus vice abbatis et de ejus voluntate quum tempus postulaverit et eidem placuerit; item, quod idem dominus *Johannes* teneatur observare omnes actus factos per ipsum dominum abbatem et solvere omnia debita dicti abbatis; item, quod idem *Johannes Pollenus* remaneat exemptus a munere paternitatis dicti *Johannis de Tornafollo*; item, quod omnia bona mobilia et erragia dic'i *Johannis Polleni*, abbatis, sibi remanent ad disponendum de eisdem; item, quod idem dominus *Johannes de Tornafollo* teneatur observare, attendere, solvere et complere tenorem pronuntiationis factæ per eundem illustrissimum dominum nostrum *ducem Sabaudia*; item, quod idem dominus *Johannes de Tornafollo*, quum paternitatis munus obtinuerit, debeat conventum bene et decenter regere, et taliter quod non sit conquestionis materia, nec debeat ipse conventus aliquod sustinere detrimentum in *victualibus* occasione dictorum membrorum assignandorum dicto *Garrilliato*; item, quod idem dominus *Johannes de Tornafollo* apportare debeat absolutionem dicti abbatis et conventus et dominorum Sarratæ et complicitium suorum infra petentere; item, quod idem dominus *Johannes de Tornafollo*, quum fuerit abbas benedictus, non possit, nec debeat, quacunque de causa, vel cautela, resignare, vel permutare, dictam abbatiam, nisi de consensu conventus et fundatorum; item, quod ipse non debeat, nec possit, de quacunque causa, vendere, invadiare, seu quovis modo alienare quidquam de rebus abbatia sine laude et consilio conventus et fundatorum; item, quod ipse non possit facere quodcunque abergamentum, vel alios accensationum actus perpetuos facere, sine licentia et laude conventus, et, de intragiis, implicabit in commodum abbatia ea quæ recipiet, salvo jure conventus; item, quod hujusmodi resignatio fiat et admittatur de auctoritate et

provisione reverendi patris domini premonstratensis, et omnia iudice fiant; item, quod idem dominus *Johannes de Tornafollo*, quum fuerit abbas, teneatur residere in domibus abbatiae et non alibi, et hoc jurabit, nec obtinebit dispensationem instrumenti, nec indulcium ad legandum; item, quod idem dominus *Johannes Pollenus* percipiat pensionem octo modia frumenti; quibus quidem reservationibus et capitulis per praefatum dominum *Johannem Pollenum*, abbatem, factis, in praesentia dicti domini *Johannis de Tornafollo*, necnon religiosorum conventus dictae abbatiae, praefatique domini Sarratae, fundatoris, et aliorum nobilium infra nominatorum, publicatis in loco capituli, et declaratis, et per ipsos omnes et singulos intellectis, consentiit idem dominus *Johannes Pollenus*, abbas, et praefertur et annuit, consensu, consilio et voluntate eorundem religiosorum conventus, videlicet: *Jacobi Huguoneti*, prioris, *Johannis de Solerio*, subprioris, *Petri Balmaz*, celerarii, *Petri Gandillon*, curati de Ornyer (Orny), *Guillielmi*, curati Sancti Desiderii (St. Loup), *Nicodæ Costher*, curati Sancti Symphoriani, *Michaëlis Chevalier*, *Johannis de Piro*, *Johannis Monrichie*, (Mont-riche) *Alexandri Chantrens*, resignationi hujusmodi fiendæ, cum et sub modis et reservationibus praescriptis tam domino abbati quam conventui et aliis ad quos pertinet observandis, consentientibus remittere et resignare in manibus reverendissimi patris domini abbatis premonstratensis et Summi Pontificis, si necesse sit, dictam abbatiam et omnia jura sua in favorem praefati domini *Johannis de Tornafollo*, ad interrogationem domini praefati abbatis et conventus, gratis et sponte, acceptando cum gratiarum actione. Ita facturum pollicitus est, et convenit, atque promisit, jurando ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter tacta, omnia et singula bona sua obligando, pro se et suis successoribus in dicta abbatia, omnia et singula puncta supra designata, tam domino abbati quam conventui et fundatoribus, observare, complere et attendere locis et temporibus opportunis. Et dicti etiam religiosi conventus in praemissis consentiendum promiserunt, rata habere, et renuntiaverunt omnes praedicti et voluerunt, de praemissis, fieri instrumentum publicum

subscriptum.—Acta fuerunt hæc in abbacia prædicta Lacus juriensis, anno, indictione et die quibus supra, præsentibus ibidem venerabili domino fratre *Ludovico de Frane* (du frère?), præceptore Calcis (à la Chaux), nobilibus viris *Johannes de Cossonay*, domino de Bercey (Berchier), *Johanne de Villars*, *Jacobo Mayor*, *Bertrando de Solerio*, cum pluribus aliis et diversis personis ecclesiasticis et secularibus sumptis pro testibus, vocatis et rogatis. Et nos, officialis curiæ lausannensis, ad relationem providi viri *Aymoneti Polleni*, jurati curiæ nostræ, et coram quo præmissa fuerunt acta et cui, super his, vices nostras commisimus, præsentibus litteris sigillum curiæ nostræ, si necesse sit ad majorem corroboracionem, jussimus apponendum. Datum ut supra.

AYMONETUS POLLENS.

LVIII.

Reconnaissance prêtée par Jean de Tornafol, abbé du Lac de Joux, en faveur de Nicod, seigneur de La Sarraz, et de ses successeurs.

1484, 7 juin.

(*Grosse*, page 52.)

In nomine Domini, amen!

Hujus præsentis publici instrumenti serie, cunctis evidenter appareat et sit manifestum quod, anno eiusdem Domini, a nativitate (Noël) sumpto, currente millesimo quatercentesimo octuagesimo quarto, indictione secunda, cum eodem anno sumpta, et die septima mensis Jugnii (Junii), in manibus notarii publici et testium subscriptorum præsentia, personaliter constituti nobilis et potens vir *Nicodus*, dominus *Sarratæ*, et reverendus pater dominus *Johannes de Tornafollo*, abbas abbatiæ Lacus ju-

riensis, premonstratensis ordinis, Lausannæ diocesis, ipse siquidem dominus Sarratæ rogatus prius, per eundem reverendum dominum abbatem, ut possessionem dictæ abbatiaë sibi remitteret, eundem etiam dominum abbatem interpellavit ut de titulo suo prius edoceret, et deinde juramentum solitum, videlicet quod ipse dominus Sarratæ et ejus predecessores fuerunt et sunt veri fundatores, gardiani et advoërii dictæ abbatiaë et de ipso atque suis ita tenendo sibi prestaret et recognitionem solitam faceret, qui quidem dominus abbas de titulo suo edocuit et litteras apostolicas de collatione, vigore resignationum factarum in manu Summi Pontificis, tam per reverendum patrem dominum *Johannem Pollenum*, abbatem electum, quam dominum *Nicolaüm Garrilliatum*, cui fuerit commendata (qui en fut commendataire), incipientes: « *Sixtus*, episcopus, etc., » legendas in manibus meis, dicti notarii, exhibuit, quibus lectis, in præsentia religiosorum virorum prius et aliore canonicorum conventus dictæ abbatiaë, et factis aliis solemnitatibus debitis, juramentum, ut supra, postulatum ad Dei sancta Evangelia et sacrum canonem in manibus dicti domini Sarratæ factum, pro suo, dicto domino Sarratæ interesse prestitit et fecit, adeptaque possessione dictæ abbatiaë, recognovit et confessus est, velut sufficienter informatus de precedentibus recognitionibus, eundem dominum Sarratæ præsentem et stipulantem, ejusque predecessores et successores, esse, fuisse et esse (fore) debere fundatores, gardianos et advoërios dictorum abbatiaë et conventus, cum suis juribus, villis, territoriis et possessionibus suis, ac in modo et forma quibus predecessores abbates dictæ abbatiaë recognoverunt, promittens bona fide sua, loco juramenti, et sub voto et observantia suæ religionis et obligatione bonorum dictæ abbatiaë, pro se et suis successoribus in dicta abbatia, dictam recognitionem et omnia supra et infra scripta attendere et observare et nunquam contra facere, dicere, vel venire quovis modo in futurum, renuntians expresse, in hoc facto, et ex ejus certa scientia et per vinculum suæ promissionis, omnibus exceptionibus juris et facti, privilegiis et beneficiis contra premissa facientibus et quibus contra eadem se posset

aliquahter tueri, et maxime juri dicenti « generalem renuntiationem non valere, nisi præcesserit specialis. » Acta sunt hæc in capitulo dictæ abbatæ, anno, indictione et die quibus supra, præsentibus ibidem venerabili domino *Petro de Dulicio*, priore de Cossonay, nobili et potente viro *Jacobo de Gleresse*, domino de Bavoës (Bavois), discreto viro domino *de Bruelle*, curato de Escleppens, nobili *Johanne de Romanomonasterio* et *Jacobo Mayor*, cum pluribus aliis sumptis pro testibus, vocatis et rogatis, præsentibus etiam dictis priore et aliis canonicis dicti conventus annuentibus, consentientibus et approbantibus, cum clausis.

LIX.

Assignation donnée pour le 7 septembre 1486 par-devant le conseil du duc Charles de Savoie aux procureurs de la commune du Lieu et aux procureurs de l'Abbaie du Lac de Joux pour suivre en cause.

1486, dernier d'août.

(*Grosse*, page 202.)

Anno Domini millesimo quatercentesimo octuagesimo sexto, die ultima Augusti, litterarum diversalium vigore, comparuit judicialiter coram nobis, in Consilio illustrissimi principis, domini nostri, domini Karoli, Sabaudiæ ducis, coram eo residens, egregius procurator fiscalis, pro jure et interesse fiscalibus, et Claudius Lugrin, scindicus villagii Loci, supplicantium, secum (Rogerio Ubertario) nuntio ad hoc inisso, prout de ejus comparendi prompte fidem fecit præsentî instrumento, et per Petrum Chantrens, notarium publicum, sub anno et indictione prædictis, et die vigesima secunda Januarii recepto et signato, cujusquidem scindiquatus instrumenti vigore, præsentî attributo, sua tamen firma remanente, substituit, apud hujusmodi causæ acta et agenda, procuratores, videlicet : Rognerium Ubertarium, Stephanum de Capris, Bartholomæum

de Robis, Georgium de Juis, et cæteros praticantes, et ipsorum quemlibet insolidum, et compromiserunt bonorum obligationum renuntiarum, relevatarum, et aliis clausulis opportunis, et ipse Ubertarius, procurator, et procuratorio nomine, substitus Communitatis villagii de Loco, producens binas supplicationes et diversales litteras, ut convenit, executas, necnon jus, superius copiata et designata, petit inhiberi partibus, ejus adversæ infra scriptæ, ne adversos supplicantes prædictos, citra nostram judicialiæ recognitionem, nihil novi faciat, seu atque quomodolibet molestet, seu molestari faciat per quemvis, quin imo, attentata sique sint revocata, et ad pristinum statum reducenda, et causam hujusmodi per nos appunctuari, et aliter dicente, petendo, narrando, et fieri requerendo, prout et quemadmodum in dictis supplicationibus et litteris continetur, ex una parte, et reverendus dominus abbas Lacus juriensis, supplicatus, unacum ipso nuntio et assoiatore citra suorum procuratorum reverendorum, secum comparendo, Anthonio Guyfferio, ejus procuratore, quem, necnon Franciscum de Buneys, Petrum de Facio, Petrum de Bugio, Johannem Pignochum, Guillielmum Pongin, et alios praticantes, et quemlibet insolidum, suos procuratores in causa hujusmodi constituit, cum clausulis opportunis, producendo nobis ad partem jura sua, petit equidem causam hujusmodi appunctuari, et copiam productorum et terminum, ad deliberandum, sibi dari, quibus auditorum nostrorum concessit. Nos, memoratum Consilium, dictis partibus, diem assignavimus septimam hujus Septembris, nisi feriata, ad judicialiter comparendum, et tunc, per dictum Gueyferium, quidquid voluerint dicendum, deliberandum et apponendum; interim vero, adversus supplicantem supplicatorum occasione, in personis vel bonis, nihil nos fieri volumus, et, ne id fiat, parti supplicanti et cæteris quibus expedierit, sub pœna centum librarum fortium pro quolibet, expresse prohibemus. Datum Januarii (Genevæ) die et anno præmissis (31 août 1486).

LX.

Demande présentée au conseil du duc de Savoie contre les hommes du Lieu par l'abbé du Lac-de-Joux pour la taillabilité et l'hommage qu'ils lui doivent, mais lui contestent.

1486, 7 Septembre.

(Grosse, page 205.)

Pars reverendi domini abbatis inclyti monasterii Lacus juriensis comparenda, tam pro fratribus suis quam monasterii sui, et tam conjunctim quam divisim, et prout melius de jure potest dici et excipi, *dicit*, imprimis, quod homines et incolæ loci, seu oppidi, qui appellatur Locus, in hac causa supplicant surreptitie et obreptitie, supplicaverunt enim per falsam expressionem et veram suppressionem, unde debent carere in retracti et modo impetrationis, supplicaverunt enim quod fuerunt et sunt homines liberi et franchi exceptionibus, oneribus et servitutibus, quibus subjiciuntur vel pro ducali Sabaudia, sed revera hoc non est verum, quia, ab antiquo, in longo et longiori tempore, et per tempus cujus initii memoria non extat in contrarium, fuerunt et sunt, tam ipsi quam eorum antecessores, homines talliabiles memorati reverendi domini abbatis et sui monasterii ac suorum prædecessorum, recognoveruntque, tam ipsi quam eorum antecessores, se tenere et tenere velle eorum bona in abergamentum et homagium talliabile præfati reverendi domini abbatis et ejus monasterii, prout et quemadmodum apparet et tenore publicorum instrumentorum, quorum aliqua inferius sunt designata, et sub annuo censu solito solvi pro dictis bonis. Quoque verum fuit et est quod memoratus dominus abbas, nomine dicti sui monasterii, et sui prædecesso-

res, ab antiquo, fuerunt et sunt in possessione vel quasi talliabilitatis et subjectionis ad homagium talliabile quoad dictos homines Loci prædicti et in possessione seu quasi ad exigendum, recuperandum et recipiendum a dictis hominibus et singulis eorum annuos census et alia onera pro eorum bonis, prout fiet fides suo tempore. Quoque dicti homines et singuli ipsorum fuerunt, antiquo, et sunt, de præsentī, in possessione seu quasi subjectionis et talliabilitatis præfati reverendi domini abbatis et sui monasterii, annuos census et alia onera atque subjiciuntur pro eorum bonis et personis, et hoc pacifice et quiete, exceptis indebita turbatione et injusta contradictione præsentibus. Quare, petit pars dicti domini abbatis per vos, magnificum et sublime consilium, cum antelata (talīa sint), residens, pronuntiari et declarari præfatum reverendum dominum abbatem et suos prædecessores fuisse et esse in possessione, seu quasi, prædicta, et se in dicta possessione, seu quasi, tueri, manuteneri et defendi, ac tenendum et defendendum esse, pronuntiari et declarari dictos adversantes fuisse et esse in possessione, seu quasi, subjectionis, talliabilitatis, et eos teneri et adstrictos esse ad homagium talliabile ipso domino abbati, nomine dicti sui monasterii, necnon condempnari eosdem homines ad judicationem et observantiam ad faciendam debitam recognitionem erga ipsum reverendum dominum abbatem, nomine dicti sui monasterii, de dicta subjectione talliabilitatis et abergamentorum talliabilium, necnon ad dandum et solvendum dictos annuos census et alia onera singulis annis, prout et quemadmodum ipsi et eorum antecessores facere consueverunt, et prædicta sibi fieri requirit omnibus modis, via, jure et forma quibus melius potest, non astringens se censumque perpetuum deducens, adversus dictos homines, omne jus suum, dicti sui monasterii, et possessorum, eodem nomine, dicti sui monasterii, melius competens et competere valens, petensque in præmissis et super deductis et deducendis, ac productis et producendis, sibi jus et instrumentum ministrari, curiam summariam majestatis vestræ ut decet implorando, et de expensis semper protestando, acceptando cum ex adverso

prædicta in passibus et punctis quomodolibet concernantibus et præjuditium partis adversæ, et non aliter, nec alio modo. Nec ultra protestaturque dictus reverendus abbas, suo nomine et dicti sui monasterii, semel, bis et ter, quod non intererit super usurpare jura competentia antelata ex ducali Sabaudia, sed vult ea esse salva et illibata, solumque intendit prosequi jura sua et eius monasterii insuper in passibus et punctis pro se facientibus et contra partem adversam, et non aliter, nec alio modo exhibet et producit jura et instrumenta et minuta de quibus infra.

AYMONETUS POLLENUS.

Concordat hæc copia cum vero originali, facta collatione.

Attestor ego,
JACOBUS SADERIUS.

NOTA. Ex retro productis, constat reverendum dominum abbatem Lacus juriensis indebite fatigari per ejus subditos de villagio Loci.

Rôle des habitans du Lieu.

(Grosse, page 219).

Nomina hominum qui olim (a° 1486) habitaverunt in villagio Loci sunt hæc :

Christinus Fin, et Huguoninus, ejus filius.

Perrinus Bron.

Perrinus Turbilliet, et Huguoninus, ejus filius.

Johannes et Huguoninus Gudrymout et Stephanus Gudrymout.

Johannes Abissare et Guilielmus Abissare.
 Perrodus Bron et Petrus et Perrodus, ejus filii.
 Meunierius, de Espesses.
 Item, Aymonetus Vacheran, et Girardus, ejus filius.
 Item, Reymundus Villio.
 Johannes de Fonte.
 Petrus Eschondon.
 Reymundus Dusylliet, et Guilielmus, ejus filius.
 Stephanus Ostoz, et Petrus Ostoz, ejus filius.
 Nicoletus Meunier, et Petrus, ejus filius.
 Jaquetus Mistralis.
 Girardus et Stephanus Goy.
 Petrus Roufert, atque Hostoz.
 Johannes Bastard, atque Clerc, et Claudius Clerc, ejus filius
 Johannes Estaqueaz, alias Lyardaz.
 Nicodus Aymonet.
 Petrus Piguët, et *Johannes* et Petrus, ejus filii.
 Item, Guilielmus Dusilliet.
 Christinus Perret, atque Estaqueaz.
 Aymonetus Estaqueaz, atque Lyardaz.
 Roletus Bazan, atque Vuynet.
 Johannes et Petrus Rolet.
 Nicoleta, filia Martini Estaqueaz.
 Guilielmus Meytre, filius Reymundi Meytre.
 Stephanus Tornarre.
 Reymundus Gollion, et Johannes, ejus filius.
 Johannes, filius Reymundi Vuillio, dictus Naquicion.
 Johannes Symon.
 Stephanus Viandonis, atque Viando.
 Petrus Viandon, dictus Cloz.
 Girardus Gros.
 Johannes Pittet.
 Perrodus Bron, et Petrus Bron, ejus filius.
 Aubertus Bury Vuyllion, et Petrus *Aubert*, ejus filius.
 Mermetus Tornarrez, et Girardus Mermet, ejus filius.
 Girardus Lugrin, et Guilielmus, ejus filius.

Stephanus Pittet.
 Perrinus Mareschaux.
 Aymonetus Vacheran, et Girardus Aymonet, ejus filius.
 Johannodus Foctet.
 Huguonynus Meylan.
 Reymundus Naquicion, et Stephanus Reymundus.
 Item, Petrus Viandon.
 Henricus Bussy.
 Reymundus Lugryn.
 Bartholomæus Goy.
 Stephanus Aubert.
 Petrus Lugryn:
 Aymoneta, relicta Petri Abissare.

LXI.

Sentence définitive rendue par le conseil de Savoie, en faveur de l'abbé du Lac de Joux, Jean de Tornafol, que les hommes du village du Lieu sont taillables de la dite abbaye, et qu'icelui abbé doit être maintenu à forme de ses droits qu'il en a produits.

Anno 1488. 10 mai.

(*Archives cantonales, Registres-copies du bailliage de Romainmotier, T. III, N° 385.*)

In nomine Domini amen! Anno a nativitate ejusdem Domini sumpto corrente millesimo quatercentesimo octuagesimo octavo et die decima mensis maii, assignationis hodie cadentis descriptæ in memoriali die octava hujus mensis maii confecto in actis causæ super quibus hujusmodi ordinatio et sententia latè extiterant descripto infra mentionatis vigore, comparuerunt judicialiter coram nobis, consilio illustrissimi principis domini nostri, domini Caroli Sabaudia ducis, Chablaysii et Au-

gustæ, sacri Romani Imperii principis vicarii que perpetui, marchionis in Italia, Pedemontium principis, baronis Vaudi, comitis de Villariis, Niciæque, Vercellarum ac Friburgi, domini Chamberiaci, veluti cum eo ordinariè residentis, necnon Andrea de Martello, præsidente, ac Jacobo Lamberti, ex magistris cameræ computorum commissariis et adjunctis super hoc, per prælibatum illustrissimum dominum nostrum Sabaudiæ ducem, specialiter deputatis, prout de hujusmodi commissione constat dominicalibus litteris et per supplicationem ejus (abbatis) subjunctam, quarum tenores sequuntur et sunt tales :

Tenor supplicationis abbatis (sine data).

« Illustrissime princeps, exponitur humiliter pro parte reverendi domini abbatis Lacus jurensis, pro se et nomine ejus abbatix sicuti, in quadam causa quam habet coram vestro magnifico vobiscum residenti consilio contra homines de Loco et dominum procuratorem fiscalem, qui in hujusmodi causâ cum ipsis hominibus intervenit, existentibus partibus ad jus, ad instantiam ipsorum domini procuratoris et hominum dubitantium subcombere eo quia nullum jus habent, litteras ab illustrissima dominatione vestra obtinuerunt per quas mandatur præfato vestro magnifico vobiscum residenti consilio quod in causâ ipsâ supersedeat huic et per totum mensem martii, mandando dominis magistris cameræ computorum quod jura fiscalia proquirere habeant, et illa eidem magnifico consilio mandent infra mensem martii. Et quia, princeps illustrissime, hic non agitur de jure vestro cum semper, in principio, medio et fine hujusmodi causæ fuerit ipse dominus abbas protestatus quod non intendebat juri vestro derogare, sed ipsum esse salvum quoad jurisdictionem et merum mixtum imperium, sitque juri consonum quod jura vestræ illustrissimæ dominationis videantur, si quæ sint, sed in breviori tempore hoc fieri potest acque finistando et fatigando ipsum reverendum dominum supplicentem tot expensis. Et, ut citius videatur, est paratus mandare, si placuerit vestræ illustrissimæ dominationi, sumptibus suis, unum nuntium qui habeat portare et reportare litteras quas illustrissima

dominatio vestra voluerit dominis magistris cameræ computorum mandare pro juribus vestræ illustrissimæ dominationis habendum, ut causa ipsa citiùs expediatur absque tam longa dilatione; supplicat igitur ut illustrissima dominatio vestra dignetur, præmissis attentis, litteras ipsas expediri facere ac mandare præfato vestro magnifico vobiscum residente consilio quod, habita re-
 scriptione a prædictis dominis cameræ computorum, causam ipsam expediat et partibus justitiam ministret non expectato termino in litteris partis præfixo, quibus litteris placeat derogare illustrissimam dominationem vestram humiliter implorando. »

Tenor mandati principis (12 februarii 1488).

Karolus, dux Sabaudiaë etc., dilecto consilio nostro nobiscum residenti, salutem. Visa supplicatione præsentibus annexa, de meritis causæ ibidem mentionatæ ad plenum informati, et, quia agitur de patrimoniis et nostro fiscali interesse, ut signanter jura nostra quæ in camerâ nostra computorum sunt melius haberi visitarique possint, aliis etiam bonis respectibus, ex nostra certa scientiâ et consiliariorum nostrorum subscriptorum, super his maturâ deliberatione præhabita, vobis per has expressè mandamus, quatenus causam ipsam in statu quo nunc est cum partibus ejusdem, quam-primum eas coram vobis comparere contingeret, ad aliquam diem congruam, per vos eisdem statuendam, coram nostro Chamberiaci veluti nobiscum residente consilio judicato remittatis comparituras, et in eadem causâ acturum et facturum quod et prout in eadem causâ coram vobis assignatæ sunt, cuiquidem consilio, ex dictâ nostrâ certâ scientiâ, committimus et mandamus quod causam ipsam, vocatis secum præsidente et magistris cameræ computorum nostrorum seu duobus ex ipsis quos ei adjungimus et visis juribus nostris, quanto celeriùs poterit decidat, diffiniat et partibus in eadem brevem et expeditam ministrent justitiam, irritum et inane quidquid in eadem contra harum mentem fieri contingeret, ex dictâ nostrâ certâ scientiâ decernentes, litteris, mandatis ac aliis contrariantibus quibuscunque non obstantibus, volentes

insuper ac declarantes, ne præsertim causam hujusmodi per diffugia in longum protrahi contingat, partem supplicatam, casu quo eam contra hujusmodi mandata et litteras nostras quærelare et recurrere contingat, in suis hujusmodi quærelis in aliquo nullo modo audiri debere. Datum Taurino, die duodecima mensis februarii, anno millesimo quatercentesimo octuagesimo octavo, per dominum, præsentibus dominis reverendo Urbano Bonniardi episcopo Vercellarum, Gabriele de Seyssello barone de Aguis (Aquis), G. Trucheti præserte, G. de Marcossey magistro hospitii, A. de Monteolo, Petro de Agaciis, Petro Cara defensore de Pettignie, advocato fiscali, R. de Muris thesaurario. »

RICHARDUS.

(Reddatur littera portitori.)

Tenor litterarum testimonialium remissionis causæ sequitur :

(12 februarii 1488.)

« Consilium illustrissimi principis domini nostri, domini Caroli Sabaudie ducis etc., secum ordinarie residentis, universis serie præsentium facimus manifestum quod hodiè subscripta comparuit judicialiter coram nobis reverendus dominus abbas Lacus jurensis, supplicatus citra suorum procuratorum revocationem secum comparentium, Antonio Gueyfferii ejus procuratore exhibente et coram nobis producentes litteras dominicales ultimo confectas unâcum supplicatione illis annexa, datas Thaurini, die duodecima mensis hujus februarii, anni præsentis, debite sigillatas et per Richardum, ducalem secretarium signatas, petens illas juxta illarum tenorem et continentiam observari, præsentibus egregiis procuratore fiscali et Rogerio Uberario procuratore partis adversæ non consentientibus ad præmissa. Quibus auditis visisque et prælectis dictis litteris dominicalibus, nos, idem consilium, decretatâ prius copiâ ipsarum dicto Urbano illam poscenti, paratos nos obtulimus illis obedire, remittentes, in ipsarum observantiam, causam hujusmodi et partes coram magnifico consilio Chamberiaci ad diem vigesimam primam mensis hujus, nisi coram eodem comparituras,

et per easdem partes id agendum et fieri videndum quod per easdem antè fieri incumbibat, has nostras testimoniales litteras indè concedens, datas Thaurini, die duodecima mensis february, anno millesimo quatercentesimo octuagesimo octavo, per consilium, præsentibus dominis : G. Trucheti præsidente, Petro de Agaciis, Petro Cara Bocherii.

» Reverendus dominus Johannes de Tornafollo, abbas abbatiæ Lacus jurensis, supplicatus citra suorum procuratorum revocationem, secum Donato Morino ejus procuratore, requirens in et super hujusmodi causa per nos jus dici et sententiam nostram diffinitivam ferri, ex unâ, et egregius procurator fiscalis, pro juribus et interesse fiscalibus, necnon Johannes de Putheo, procurator et nomine procuratorio Glaudii Lugini sindici et cæterorum hominum communitatis villagii de Loco supplicantium, secum Rogerio Ubentario nuntio ad hoc misso, requirens, suis postremo cedulis inhærendo, super hujusmodi causa per nos ordinato, ex alia partibus. Quibus auditis, nos, consilium memoratum, visis actis hujusmodi causæ suprâ scriptis totoque eorundem discursu, et primo eorundem hominum supplicantium supplicatione prælibato illustrissimo domino nostro Sabaudia duci porrecta, unâcum dominicâlibus litteris de super eadem obtentis, debite sigillatis, et per Richardumducalem secretarium signatis, datis scilicet primis, Gebennis, die prima mensis february, aliis vero Thaurini, die quartâ mensis augusti anni currentis millesimi quatercentesimi octuagesimi sexti, coram supremo consilio prælibati illustrissimi principis domini nostri Sabaudia ducis secum ordinariè residentis, die ultima mensis prædicti augusti, anni suprâ proximè expressi, millesimi quatercentesimi octuagesimi sexti, præfatorum hominum supplicantium parte, unacum juribus et munimentis eadem die productis, visis deinde cedula seu libello, necnon juribus, documentis et munimentis ac aliis, coram eodem magnifico consilio, die septima mensis immediatè sequentis septembris, præfati reverendi abbatis supplicantis parte productis, cujus quidem libelli seu cedulæ tenor sequitur et est talis : « Pars reverendi domini abbatis inclyti monasterii Lacus juriensis comparens

tam pro juribus suis quam etiam dicti monasterii, et tam conjunctim quam divisim et prout melius de jure potest, dicit et excipit imprimis quod homines et incolæ Loci, seu oppidi qui appellatur Locus, in hac causa supplicantes subjecticè et objecticè supplicaverunt per falsi expressionem et veri suppressionem, debent carere impetratione et commodo impetrationis, supplicaverunt enim quod fuerint et sint homines liberi et franchi, exceptis oneribus et servitutibus quibus subjiciuntur celsitudini ducali Sabaudiaë, sed reverà non est verum, quia, ab antiquo et jam longo et longissimo tempore et per tempus cujus initii memoria non extat in contrarium, fuerunt et sunt, tam ipsi quam eorum antecessores, homines talliabiles memorati domini abbatis et sui monasterii ac suorum prædecessorum, recognoveruntque, tam ipsi quam eorum antecessores, se tenere et tenere velle eorum bona in abbergamentum et homagium talliabibile præfati reverendi domini abbatis et ejus monasterii, prout et quemadmodum apparet et tenore publicorum instrumentorum quorum aliqua inferius sunt designata, et sub annuo censu solito solvi pro dictis bonis, quodque verum fuit et est quod memoratus dominus abbas, nomine dicti sui monasterii et sui prædecessores ab antiquo fuerunt et sunt in possessione seu quasi talliabilitatis et subjectionis ad homagium talliabibile contra dictos homines loci prædicti, et in possessione seu quasi exigendi, recuperandi, a dictis hominibus et singulis eorum, annuos census et alia onera pro eorum bonis, prout fiet fides suo tempore, quodque dicti homines et singuli ipsorum fuerunt ab antiquo et sunt de præsentis in possessione seu quasi subjectionis talliabilitatis præfati reverendi domini abbatis et sui conventus, et suorum antecessorum, et in possessione seu quasi solvendi singulis annis memorato reverendo domino abbate, nomine dicti sui monasterii, annuos census et alia onera ad quæ subjiciuntur pro eorum bonis et personis, et hoc pacificè et quiete, excepta indebita molestatione et injusta contradictione præsentibus: quare, petit pars memorati reverendi domini abbatis per vos, magnificum et sublime consilium cum ante lata celsitudine ducali residente, pronuntiari et declarari

præfatum reverendum dominum abbatem et suos prædecessores fuisse et esse in possessione seu quasi tueri, manu teneri et defendi ac tuendum et defendendum esse pronuntiari, necnon pronuntiari et declarari dictos adversantes fuisse et esse in possessione seu quasi subjectionis talliabilitatis et eos teneri et adstrictos esse ad homagium talliabile ipsi domino abbati, nomine dicti sui conventus et monasterii, necnon condempnari eosdem homines adjudicati observantiam et signanter ad faciendam debitam recognitionem erga ipsum reverendum dominum abbatem, nomine dicti sui monasterii, de dicta subjectione talliabilitatis et abbergamenti talliabilium, necnon ad dandum et solvendum dictos annuos census et alia onera singulis annis prout et quemadmodum ipsi et eorum antecessores facere consueverunt, et prædicta sibi fieri requirit omnibus modis, viâ, jure et formâ quibus melius potest non se adstringens, etc. quod dicti que perpetui etc., deducensque adversus dictos homines omne jus suum et dicti sui monasterii omneque remedium etiam possessionum eidem, nomine dicti sui monasterii, melius competentium et competere volens, petensque in præmissis et super deductis et deducendis sibi jus et justitiam summariam ministrare magnificentæ vestræ benignum officium ut decet, implorando et de expensis semper protestando, acceptando tamen ex adverso producta, in passibus tamen et punctis ejus commodum concernentes et præjuditium partis adversæ et non aliâs, nec alio modo, nec ultrâ, protestaturque dictus reverendus dominus abbas suo nomine et nomine dicti sui monasterii semel, bis, ter, quod non intendit quovis modo usurpare jura competentia ante fatæ celsitudini ducali Sabaudicæ, sed vult ea esse salva et illibata, solumque intendit prosequi jura sua et ejus monasterii insuper, in passibus et punctis pro se facientibus et contra partem adversam, et non aliter nec alio modo exhibet et producit jura, instrumenta et munimenta de quibus infrâ: Jacobinus, de mandato cum pœna, visa post modum cedula incohans: « reverendus dominus abbas etc., præfatæ partis supplicantis parte coram sæpe dicto consilio cum prælibatâ celsitudine ducali ordinariè residenti, die decimâ nonâ mensis

octobris ejusdem anni producta, » visis insuper alia cedula primordiens, « ex retro deductis etc., » unàcum positionibus in ipsius codicis pede descriptis coram præfato consilio, die vigesima quinta dicti mensis octobris, præfati reverendi domini abbatis supplicantis, productis, visis equidem memoriali revisionis earumdem positionum coram præfato magnifico consilio, die ultimâ dicti mensis octobris, confecto, visis altera cedula principium dante « egregius Ubertarius etc. » unacum positionibus in ipsius cedulæ pede descriptis coram prælibato sublimes consilio, die vigesima secunda mensis immediatè sequentis, novembris ejusdem anni, præfatorum hominum supplicantium parte productis, visâ equidem ordinatione per supremum sæpeditum consilium, cum prælibata celsitudine duicali ordinariè residente, die vigesima quinta dicti mensis novembris lata, visis etiam cedulâ incohante : « non deberet pandi etc., » unacum articulis in ipsius cedulæ fine descriptis coram eodem magnifico consilio, die decima nona mensis januarii anni currentis millesimi quatercentesimi octuagesimi septimi immediatè sequentis, præfati reverendi abbatis supplicantis parte, productis, visis memoriali commissionis coram eodem magnifico consilio, die ultimâ mensis januarii anni proximè decursi millesimi quatercentesimi octuagesimi septimi confecto, visis deinde cedula primordiens : « ut appareat etc. » unacum articulo in ejusdem cedulæ pede descriptis, præfata partis supplicantis parte productis, necnon testium actæ stationibus præfata partis supplicatæ coram suprâ dicto magnifico consilio, die decimâ mensis maii anni suprâ proximè expressi, productis, visa pariformiter altera cedula initium dante « in hac causâ etc. » coram præfato magnifico consilio, die vigesima quinta mensis prædicti maii sæpediti, reverendi abbatis supplicantis parte productis, visis equidem ordinatione per idem consilium, die ultimâ mensis junii, anno proximè decurso lata, visis juribus et munimentis, coram præfato consilio, die sexta mensis octobris ejusdem anni, prædictæ partis supplicante parte productis, visa alia cedula primordiente : « acceptant fiscus etc., » coram eodem consilio, die duodecima mensis novembris, præfatorum hominum supplican-

tium parte productâ, visâ alterâ ordinatione per præfatum supremum consilium, die vigesima quarta mensis januarii anni præsentialiter currentis millesimi quatercentesimali octuagesimo octavi, lata. visis equidem dominicalibus litteris coram dicto consilio, die nonâ mensis februarii supplicantium parte productis, et pariformiter visis litteris dominicalibus commissionis hujusmodi causæ nobis factæ debitè sigillatis et per Richardum ducalem secretarium signatis, unâcum testimonialibus litteris per præfatum consilium de super concessis per Richardum signatis, superius tenorizatis coram nobis, die vigesima prima mensis februarii anni prædicti præsentialiter currentis unâcum juribus et munimentis ac aliis præfatæ partis supplicatæ, scilicet reverendi domini abbatis, productis, visa alia cedula principiante « fiscus et populares etc. » coram nobis, die decima mensis martii proximè decursi præfatorum hominum supplicantium parte producta, visis altera cedula primordiens : « Egregius de Puteo etc. » unâcum juribus et munimentis coram nobis, die vigesima mensis prædicti martii, præfatorum supplicantium parte productis, visis etiam litteris nostris coram nobis, die vigesima sexta mensis proximè decursi aprilis, præfatæ partis supplicantis parte productis, visa alia cedula incohante : « ista asserta jura coram nobis, » die vigesima octava dicti mensis aprilis, præfatæ partis supplicantis parte producta, et demum visis omnibus hinc inde dictis, productis, propositis, narratis, deliberatis, allegatis et quæ partes ipsæ dicere, proponere et allegare voluerunt, ac aliis circa hoc necessario de jure videndum, præmaximè assignatione nostra hodierna ad ordinem nostrum jusque et *sententiam diffinitivam* audiendum cadentes, quam insequentibus, pro tribunali, more majorum nostrorum etc., sedentes deunquæ et ejus sacras Scripturas præ oculis habentes et nichil de in eisdem contingentibus obmittentes, sed servatis juris sollempnitatibus in talibus opportunis, Christi nomine invocato et signum sancte crucis faciendo, dicentes : « in nomine Patris, Filii et Spiritus sancti, amen », ad has nostras ordinationem et sententiam diffinitivam processimus et procedimus in hunc qui sequitur modum :

Quoniam nulla nobis subest justa causa quare notarius citari petitus citari debeat, ideo ordinamus illum non esse citandum, et præterea, quia ex toto discursu actorum nichil comperimus probatum quod cadat in præjuditium jurisdictionis seu exactiorem subsidiorum illustrissimi domini nostri ducis, imò comperimus ab abbate fuisse protestatum quod de iis nichil petere nec se impedire intendebat et in suis deductis confessum fuisse ea omnia spectare eidem illustrissimo domino nostro duci, ideo, ex his et aliis justis de causis, audito avvocato fiscali et nobiscum assistentibus dominis de camera computorum infrà nominatis, præfatum dominum abbatem et conventum a supplicatis et in petitione fisci et dictorum hominum absolvimus; cæterum, quia tam per instrumenta recognitionum et alia coram nobis producta quam per depositiones testium comperimus intentionem dictorum abbatis et conventus fuisse et esse justificatam nullaque exceptione saltem valida elisam, ideo ex his et aliis justis de causis, pronuntiamus eundem abbatem et conventum esse manutenendum in quasi possessione exigendi jura talliabilitatis a dictis hominibus, dictos homines condemnandos ad faciendum recognitiones similes prioribus, et, ad cætera petita in libello, die septima mensis septembris anni millesimi quatercentesimali octuagesimi sexti, producto, victam partem victrici in expensis in causâ factis condemnatam, in quibus tamen contra partium condemnata extitit, illarum nobis imposterum reservata. A quibus quidem ordinatione et sententia nostris prædictis, præfatus de Putheo, nomine præmisso, unius vocis oraculo supplicavit et provocavit cum protestatione de supplicando in scriptis ad prælibatum illustrissimum dominum nostrum ducem Sabaudiaë ejusque generales audientias de proximo tenendum, seu ad illum vel illos ad quem vel ad quos sua hujusmodi supplicatio de jure vel consuetudine devolvi potest et debet, apostolos et litteras dimissarias sibi dari postulando. Quam quidem supplicationem, veluti frivolam et inanem a nulloque gravamine interjectam, non admisimus nec admittimus nisi si et in quantum de jure fuerit admittenda, alias non. Hauc autem remissionem nostram, loco apostolorum et litterarum

rum dimissoriarum de jure debitarum, præfato de Putheo illas nomine præmisso poscenti facientes. Datæ, latæ et lectæ fuerunt hujusmodi nostræ ordinatio et sententia definitiva *Chamberiaci*, in nostræ causarum auditorio, in loco ubi jura partibus per nos reddi solita, die et anno suprâ primo loco descriptis.

Per dominum et commissarios, præsentibus dominis Philippo Sceurerii, Sabaudia præside, Andrea de Martello computorum præside, Anthonio de Gingino domino Dyvonæ, Petro de Bonovillario domino de Messeres, Jacobo Lamberti ex magistris computorum cameraæ.

PELLIN.

LXII.

Prononciation sur diverses difficultés entre l'abbé Jean de Tornafol et la communauté du Lieu.

(*Archives-Cantoniales Registres-copics relatifs au bailliage de Romainmotier, T. III. N° 585.*)

Anno 1488, 20 Juin.

In nomine Domini amen.

Quoniam genus humanum primi parentis transgressione defectivæ memoriæ mortisque vitium contraxit, quo fit ut more fluentis aquæ singula quæque decurrant ad nihilum, placuit sapientibus ut quidquid ratum haberi conaretur litterarum testimonio æternari deberet. Hujus igitur publici instrumenti tenore universis et singulis, præsentibus et futuris, præsentibus litteras visuris, lecturis et tenorem earumdem auditoris notorium sit et manifestum quod, anno a nativitate ejusdem Domini sumpto corrente millesimo quatercentesimo octuagesimo octavo, indictione sexta cum eodem anno sumpta et diebus infrâ scriptis, in nostrum, notariorum publicorum balliviæque Vaudi et curiæ lausannensis juratorum et testium inferius

nominatorum præsentia, propter infra scripta peragenda, personaliter constituti reverendus in Christo pater frater Johannes de Tornafollo, abbatæ abbatia Lacus juriensis, præmonstratensis ordinis, lausannensis diocæsis, et cum eo religiosi viri fratres Jacobus Hugoneti prior, Petrus de Gleresse curatus de Cuarnens, Petrus Balmaz curatus de Lila (l'Île), Guilliermus de Cruce curatus Sancti-Desiderii, Petrus Gandillion curatus de Ornier, Johannes de Piro et Alexander Chantrens canonici dictæ abbatia, eidem abbati assistentes, ex unâ, et Stephanus Lugryn et Johannes Piguet syndici et gubernatores ac eo nomine totius communitatis hominum villagii de Loco dictæ lausannensis diocæsis, et cum eis Vaucherius Piguet, Petrus Piguet, Johannes Goy alias Meunier, Johannes Clerc, Stephanus Nicolaz, Guilliermus Meylan, Gladius Meylan, Petrus Lugrin et Guilliermus Reymond, probi homines ipsius villagii, cum eisdem sindicis assistentes, partibus, ex alterâ, referentes eorum verbis atque deducentes: Quod, cum lites, controversiæ et quæstiones quam-plurimæ ortæ forent et jam diu ventilassent, magisque durari sperarentur inter eundem reverendum dominum abbatem, nomine suo et dictæ suæ abbatia, et dictam communitatem hominum de Loco et super certis quæstionibus, controversiis et quærelis dicti domini abbatis contra eosdem syndicos totamque communitatem hominum de Loco, quas idem dominus abbas in tribus articulis exprimebat: primo, quidem dicebat quod dicti homines de Loco olim eundem dominum abbatem vocaverunt coram magnifico consilio illustrissimi principis domini nostri Sabaudia ducis cum eo ordinarie residente defensurum jura sua super eorum supplicatione in quâ asserebant se esse homines francos ejusdem illustrissimi principis domini nostri Sabaudia ducis et in nullo teneri eidem abbatia; ubi, dato libello per eundem abbatem et justificata intentione suâ datisque exceptionibus per eosdem de Loco et factis hinc inde probationibus in eadem causa, tandem fuit per consilium Chamberiaci tanquam ad hoc delegatum lata diffinitiva sententia per quam, inter cætera, dicti homines erant condemnati ad recognoscendum et solvendum eidem ab-

batiae homagium et onera consueta unacum expensis ipsius
 causae quae taxatae fuerunt ad ducentum et quinquaginta quinque
 florenos parvi ponderis et novem solidos, unde petebat idem
 dominus abbas sibi per dictos homines de Loco recognitionem
 fieri de eisdem oneribus quae expressit, asserendo eosdem ho-
 mines esse et debere esse homines talliabiles ad misericordiam
 manus-mortuae dictae abbatiae Lacus juriensis, prout eorum
 praedecessores esse recognoverunt, et tenere ab eadem abba-
 tiâ sub jugo talliae ad misericordiam abbatis et conventus Lacus
 juriensis et conditione manus-mortuae eorum bona quaecunque
 tenent in villa et territorio de Loco, et ultra eidem abbatiae
 teneri in certis minutis censibus argenti, caponum, corvatarum
 ratione directi domini quod habet ipsa abbatia super eisdem
 omnibus bonis. Item, etiam recognitionem sibi fieri de corvatis
 falcis et rastris ac caponeria, asserens quemlibet focum dicti
 loci eidem abbatiae teneri in dicta corvata et falcis et rastris et
 in uno capone per annum, videlicet dictae corvatae tempore
 falcationum et fenisectionum et caponeria in nativitate Do-
 mini prout eorum praedecessores asserebat fecisse et solvisse,
 unacum certis aliis oneribus solitis et de quibus tamen nulla
 vertebatur ad praesens differentia. Petebat etiam pro secundo
 articulo dictas expensas unacum retentis dictorum talliarum
 et censuum pro duobus annis quibus renuerant solvere, dicta
 causa durante, sibi per dictos homines solvi et expediri. Pro
 tertio autem articulo, asserebat quod die festi Pentecostes
 novissime fluxi ipsi homines de Loco incerto et grandi numero
 tamquam proditores, aggressores viarum, siccarii et homicidae
 perperane et inique, in spretum salvae gardae praelibati domini
 nostri ducis, crimen laesae majestatis committendo. sententiam
 majoris excommunicationis incurrando, in strata publica in loco
 videlicet de Pierraz-Fulix, propria eorum malitia eundem ab-
 batem cum suis famulis a dicta abbatia ad domum suam de
 Cuarnens aggressi sunt equitantem conantesque prima facie
 eundem occidere, gladios suos implicuerunt contra ejus cor-
 pus, et tandem, ab equo, eum turpiter evellentes, vinctum se-
 cum ad villagium Loci reducerunt saepe numero comminantes

illi mortem nisi sententiam de qua supra fit mentio contra eos latam et alia expleta sibi remitteret et ipsos ab homagiis talliabilitate, manumortua, censibus et aliis oneribus per eos dictæ abbatiaë debitis absolveret, unde necessario habuit, ut mortem evaderet, instrumentum dictæ sententiæ eisdem remittere, quod vi oppressus toti communitati dicti Loci remisit. Quare, petebat eundem (idem) instrumentum sanum et integrum sibi ante omnia restitui, honorabilemque emendam per eos sibi fieri atque utilem, quam utilem emendam extimabit ad mille libras bonæ monetæ, et quas ab eisdem petebat sibi solvi, et præterea asserebat se et suos prædecessores esse et fuisse in jure et consuetudine recipiendi juramentum sindicorum dicti Loci quoties eliguntur et constituuntur, salva turbatione modernorum sindicorum, unde petebat se in possessionem restitui ac antiquam consuetudinem observari. Dictis sindicis et hominibus de Loco, suo et aliorum absentium ac totius communitatis Loci nominibus, respondentibus ad præmissa et dicentibus ad ea non teneri, causis et rationibus sequentibus: et primo, ad primum et secundum articulos, de recognitionibus dicebant se neque suos prædecessores esse nec unquam fuisse homines talliabiles manus-mortuæ dictæ abbatiaë et maxime modo quo petitur, imo et ita recognitum unquam fuisse, ignorabant, sed dicebant et credebant homines esse præfati domini nostri ducis ad causam castri Cletarum, qui omnes actus justitiabiles super eisdem exercere solet, sed neque teneri eidem abbatiaë in dictis corvatis et caponeria præpetitis. Quodque licet dicta sententia fuerit lata ab eadem tamen, provocaverunt et revocari intendebant, tam in principali quam dictis expensis, ideo se ad eadem in dictis duobus articulis contenta non teneri. Ad tertium autem articulum, de injuria per dictum abbatem prætensa, illud idem ignorabant nec credebant ita fuisse factum, et, si quis ex hominibus communitatis de Loco dicto insulto interfuerint, quod non credunt hos non intendebant nec intendunt qui supra defendere nec factum avogare (confiteri). Dictum autem instrumentum sententiæ quod petebat dictus dominus abbas nesciebant, sed nec quid de ipso actum sit unde

eundem (idem) restituere nequebant, et sic asserebant a præmissis omnibus esse liberandos, cumque, ex adverso, dictus dominus abbas, quamplures replicas faciendo, asseruisset præmissa per eum petita et proposita esse vera, et eosdem homines de Loco teneri ad eadem, produxissetque plurima documenta quæ dicti homines de Loco certis suis rationibus impugnabant, semper ad petita se teneri negantes, tandem ipsæ partes, volentes finem dictis processibus ponere et differentias inter easdem partes existentes sopiri, animo parcendi majoribus expensis, imo etiam veniendi ad finalem concordiam, se mutuo consensu et libenti animo condescenderunt in certos amicos, arbitros, arbitratorese seu amicabiles pacis compositores faciendo et firmando propter hoc validum et sollempne compromissum in manibus nostris, dictorum notariorum, quælibet pars de prædictis eorum differentiis, videlicet dictus dominus abbas, nomine suo privato et nomine dictæ abbatix ac conventus sui, de consilio et assensu prioris et aliorum canonicorum suorum dictæ abbatix supra nominatorum eundem ad præmissa consulentium et de eodem facto se etiam compromittentium in venerabiles viros reverendum fratrem de Matafallon, decretorum doctorem, priorem de Mutuâ (Mouthe) ordinis Sancti Benedicti et prioratus seu monasterii sancti Petri matisconensis, dominos Soffredum de Arciis, cantorem, et Rodulphum de Moleria, decanum et canonicos Lausannæ, et Ludovicum de Frane, præceptorem domus Calcis, pro parte dicti abbatis electos, et dicti sindici, nominibus suis privatis ac etiam nomine syndicatus et gubernatorio, totius communitatis hominum de Loco se ad actum hujusmodi imo plenariam partem habere asserentes, ac etiam dicti homines supra nominati, suis privatis nominibus ac etiam nomine aliorum hominum absentium, et ipsius communitatis de Loco tamquam major et sanior pars, cum dictis syndicis totam communitatem repræsentantes, in egregium et nobiles viros dominum Petrum de Bionnens legum doctorem, Johannem de Romanomonasterio castellanum Sarratæ, Guillionem de Gallera castellanum de Ligniroules, et Johannem Legier de Yverduno, pro parte dictorum hominum de Loco electos.

Quibusquidem amicis, arbitris, arbitratoribusve seu amicabilibus pacis compositoribus, præsentibus et onus compromissi acceptantibus, dictæ partes, nominibus quibus supra et pro se et suis successoribus, dederunt et attribuerunt gratis et sponte, dantque et attribuunt per præsentés, citra tamen dicti homines de Loco consensum seu confessionem injuriæ et culpæ supra tactæ plenariam et liberam potestatem, auctoritatem et facultatem decidendi easdem differentias et de et super eisdem declarandi, ordinandi et sibi, dictis partibus, quidquid ipsis partibus arbitris placuerit, visis prius titulis et juribus ambarum partium, servatis juribus et sollempnitatibus vel non servatis, pronuntiandi et arbitrandi, ita tamen quod, si dicti amici non possent effici concordés, tum debeant remittere decisionem nobili et potenti viro Nicodo domino Sarratæ, militi, tamquam medio per partes nominato, qui, adjuncto sibi uno ecclesiastico quem duxerit eligere, de et super ipsis decidere, ordinare et pronuntiare valeat ea qua supra auctoritate attributa. Promiserunt quoque et promittunt dictæ partes harum serie, pro se et suis prædictis et nominibus quibus supra, cum juramentis per eosdem præstitis, videlicet dictum abbatem ad votum suæ religionis manum dextram ad pectus more religiosorum exigendo, et dictos syndicos et homines ad sancta Dei Evangelia corporaliter Sacras Litteras tangendo, in manibus nostris, dictorum notariorum, et sub expressa obligatione omnium bonorum dictarum partium quorumcunque, habere ratam et gratam atque attendere ordinationem et sententiam arbitratoriam quamcunque ipsi arbitri seu arbitratores omnes seu major pars eorumdem vel dictus medius eisdem partibus facere voluerint et pronuntiari ut si foret in extremis causarum audientiis diffinitum, sub tamen mulcta et excheta quingentarum librarum bonæ monetæ per partem reluctantem, si contingat fieri, solvendarum et arbitris pro medietate et parti attendenti pro alia (altera) medietate applicandarum, proviso tamen quod, infra quatuor dies proximos, eadem pronuntiatio fieri debeat, nec durabit præsens compromissum ulterius, et renuntiaverunt et renuntiant dictæ partes, quælibet ipsarum quantum sua inter-

est, sub vinculo suorum juramentorum, omnibus privilegiis, legibus, juribus, exceptionibus, appellationibus et etiam recur-sui ad arbitrium boni viri quibus altera pars contra alteram se posset quomodolibet tueri, defendere aut dicta pronuntiatio fienda irritari seu præsens compromissum revocari, cum aliis solempnitatibus ad hæc requisitis. Acta fuerunt hæc publicè in castro Sarratæ, anno et indictione quibus suprâ, die decimâ nonâ mensis Junii, præsentibus ibidem potente, venerabilibus et nobilibus viris, Claudio de Menthone, domino Rupisfortis et condomino Albonæ, ballivo Vuaudi, dominis Jacobo de Veriaco, canonico et refectuario dicti monasterii sancti Petri matisconensis, Guilliermo de Bruello curato de Esclapens, Ludovico de Bettens, Petro de Tornafollo, Johanne de Villario juniore et Jacobo Major, sumptis pro testibus, vocatis et rogatis.

Cujusquidem compromissi vigore, anno et indictione præscriptis ac die infrâ scripta, in nostri, semper notariorum publicorum, et testium infra nominatorum præsentia, ad infrâ scripta peragenda, personaliter constituti dicti arbitri, arbitratoresve seu amicabile pacis compositores cum prædictis partibus principalibus, assumpto ut præfertur in se onere compromissi auditisque hinc indè partibus altercationes præscriptas occasione quorum suprâ habentibus, visis et lectis juribus, titulis et documentis dictæ abbatæ processuque, probationibus ac sententia dicti abbatis in eodem processu inserta ac aliis pro parte abbatis productis, necnon etiam exceptionibus, juribus et probationibus dictæ communitatis de Loco tam in processu factis et deductis quam alias, per litteras exhibitas dictis arbitris et verbotenus adductis, quibus maturè consideratis, ruminatis et intellectis, interrogatisque ipsis partibus in et super punctis et passibus de quibus suprâ altercantur et attentis eorum responsionibus, ad suam pronuntiationem devenerunt dicti arbitri omnes præscripti, excepto dicto *Guilliermo de Galleræ*, quam, de consensu dictarum partium, dicti Guillierni absentia non obstante, et ad earumdem partium requestam, eisdem partibus præsentibus, sedentes more judicum in conspectu et utentes consilio præfati domini Sarratæ mediatoris,

fecerunt et promulgaverunt capitulatam in his quæ sequuntur verbis laïca linguâ expressis, pronuntiantque et arbitrando declarant per præsentis : In primis, quod bona pax et sincera dilectio sit et esse atque remanere debeat deinceps inter dictas partes, et, si inter eas occasione quacunque sit aliqua malitiæ labes aut machinatio, abindè procul pellatur, debeantque ipsæ partes procurare commodum altera alterius et incommodum evitare. 2º Item, pronuntiaverunt et arbitrando declaraverunt ut suprâ quod dicti homines totius communitatis de Loco teneantur et debeant recognoscere et confiteri debitè se et suos successores esse et esse debere homines talliabiles manus mortuæ dictæ abbatiaë Lacus juriensis abbatis, videlicet prædicti et ejus conventus ac suorum successorum, et se tenere ab eadem abbatiâ sub homagio talliabili et manu mortua (citra tamen nomen seu speciem misericordiæ), sed sub tallia quæ augeri quoquo modo non valebit, nec poterit eisdem hominibus neque posteritati eorundem imponere omnia et singula bona eorum quæcunque tenent et tenere poterunt in villagio et territorio de Loco cum aliis censibus consuetis, et quæ tallia in præsentem tractatu, de consensu tamen dicti abbatis et pro bono pacis ac evidenti commodo ecclesie, quamvis asseratur et in antiquis documentis abbatiaë inveniatur fuisse ad misericordiam, est moderata et extimata per hanc præsentem pronuntiationem ad triginta octo libras bonæ monetæ cursibilis in patria Vuaudi, pro tota communitate et toto territorio dicti Loci, quas quidem triginta octo libras dictæ monetæ annuales tenebuntur dicti homines totius communitatis de Loco inter se æquare et quilibet ipsorum se de eisdem onerare secundum ratam bonorum quæ possident in dicto villagio et territorio de Loco ipsasque solvere et recognoscere debitè unacum minutis censibus debitis ratione directi dominii, quilibet videlicet ratam suam pro et super dictis bonis quibuscunque quæ tenebuntur et debebunt specificare et declarare ad opus dictæ abbatiaë, et hoc infra proximum festum nativitatis Domini, vocatis secum commissario dictæ abbatiaë et duobus aliis probis viris. 3º Item, quia per dictum abbatem insidenter petuntur per dictos homines sibi re-

cognosci corvatæ falcis et rastri, videlicet per quemlibet focum facientem una corvata falcis et una rastri tempore falcationum et pro caponeria unus capo in nativitate Domini, de quibus tamen eisdem arbitris legitimè nondum constitit, pronuntiaverunt et declaraverunt eosdem homines de Loco teneri ad recognitionem earumdem corvatarum et caponeriæ et per ipsos fieri debere ad opus ejusdem abbatiæ quando videlicet in possessorio vel petitorio informati fuerunt debitè pro parte abbatiæ et non aliàs et, ubi seu quando de ipsis informationibus disceptari contigerit aut inquiri, hoc fieri debeat coram præfato domino Sarratæ vel suis qui dissensiones hujusmodi terminare habebit et debet. 4° Item, quia suprà tactum est de manumortua ex qua abbatia habere dicitur exchetas omnium bonorum decedentium, et declarant quod liberi utriusque sexus legitimi et alii parentes indivisi succedere debeant suis parentibus indivisis decedentibus, et eandem abbatiam excludere a jure perceptionis exchetæ seu manus mortuæ. 5° Item, pronuntiaverunt et arbitrando declaraverunt atque declarant quod per hanc pronuntiationem et sententiam arbitratoriam non intendunt derogare nec esse derogatum quibusvis juribus, titulis et transactionibus dictarum partium, inter eos seu eorum prædecessores hactenùs factis, aliud factum quam suprà tactum concernentibus et tangentibus. 6° Item, quoad retentas præpetitas, pronuntiaverunt et pronuntiant quod dicti homines, quilibet ipsorum, pro rata sua teneatur satisfacere dicto abbati de retentis talliæ et censuum per eos debitorum, si et quatenùs non exolverint pro duobus annis fluxis infrà et per terminos sequentes, videlicet medietatem infrà proximum festum Paschæ. 7° Item, quoad expensas dictæ causæ ad quas iidem probi homines ut prædicitur fuerunt condemnati et omnes alias ubicunque per dictum abbatem factas quas ad grandem quantitatem ultrà taxam extimabat, pronuntiaverunt et arbitrando declaraverunt quod de dictis expensis omnibus idem abbas teneatur eisdem hominibus remittere, tam de gratiâ speciali quam intuitu hujus concordiæ, usque ad centum florenos parvi ponderis, et quas ad ipsos centum florenos parvi ponderis dicti arbitri reducunt sol-

vendos et quos solvere teneantur dicti homines totius communitatis eidem abbati seu ejus successoribus infra proximum carnispremium laicorum. Et, si forte in dicto termino solvere nequiverint seu noluerint, teneantur tunc dicti homines totius communitatis facere debitam venditionem eidem abbati ad opus dictæ abbatix de sexaginta solidis bonæ monetæ annui redditus, et indè eosdem solvere in dicto termino pro dicto pretio centum florenorum pro quibus semper potuerint redimi.

8° Item, quoad injuriam et offensam supra narratam per certos homines dictæ communitatis de Loco factam in personam dicti abbatis eundem aggrediendo cum gladiis, vinciendo et minas mortis inferendo suaque jura *pura* (*sacrés*), instrumentum sententiæ per eum obtentæ ab eodem extorquendo, pronuntiaverunt et arbitrando declaraverunt, pronuntiantque et declarant, male, perperum et nequissimè, eo quo asseritur modo, factum fuisse, et ideo eosdem homines teneri, et quos sua arbitraria sententia condemnant, eidem abbati ad emendam honorabilem et utilem prout infra, videlicet: primo, quod, die festi beatæ Mariæ Magdalenæ proximè venienti, præfati homines de Loco, præsertim ii qui in aggressionem, insulta et injuriâ illatis interfuerunt consulentesque et consentientes, absque zona, cum candela ceræ valoris unius quarti in manu accensa, capite disaperto, genibus flexis, in processione teneantur et debeant, pro talibus et tantis excessibus, expetere humiliter a Deo et beata Maria Magdalena præfatoque domino abbate et ejus conventu indulgentiam, ipse autem dominus abbas cum dicto conventu, amore Dei et dictæ pacis contemplatione intervenituque dictorum arbitratorum, teneatur eisdem culpam eandem sive offensam remittere. De autem emenda utili, pronuntiaverunt et pronuntiant quod dictus abbas ab eisdem nihil habere debeat, sed intuitu pietatis et contemplatione ipsorum arbitratorum pro eis interpellantium remittere et quittare debeat incontinenti eandem emendam utilem. Item, pronuntiaverunt et pronuntiant quod ipsi homines supra nominati teneantur et debeant reddere et restituere eidem abbati, infra octo dies proximos a die hodiernâ computandos, instrumentum sententiæ

diffinitivæ de quâ suprâ fit mentio, quod, tempore insultus prædicti vel exposit, ab eodem abbate habuerunt et habent seu detinent, sanum et integrum. Item, pronuntiaverunt et arbitrando ordinaverunt, pronuntiantque et ordinant, ut jugis et æterna memoria tantæ injuriæ de cujus pognitione ibi tractatur apud eos remaneat, quod syndici seu gubernatores villagii prædicti Loci, qui pro tempore fuerint seu alter eorumdem, teneantur seu teneatur, annis singulis, et perpetue die festi beatæ Mariæ Magdalænæ, interesse in magnâ missâ dictæ abbatiaë Lacus jurensis, et ibi, nomine eorum qui offenderunt ut præfertur dictum abbatem, offerre Deo unam facem ponderis unius libræ ceræ ut Deus ipsis tantam injuriam misereatur. Item, quoad juramentum syndicorum de quo suprâ fit mentio, pronuntiaverunt et arbitrando ordinaverunt, pronuntiantque et ordinant quod, totiens quotiens in futurum gubernatores seu syndici dicti villagii mutabuntur, quod alii electi seu constituti teneantur præstare juramentum in manibus dicti abbatis et suorum successorum vel ab eodem deputati juxtâ solitum ritum et usum hactenûs circa præmissa observatum. Item, quod, si in futurum inter partes prædictas oriretur de et super præmissis aliqua differentia seu quæstio, quod ipsa differentia remaneat et debeat per dictos arbitros, aut majorem partem eorumdem, terminari et decidi, si et quatenûs dominus Sarratæ præfatus easdem pacificare nequiverit, ad quem primo ipsæ partes teneantur recurrere. Item, pronuntiaverunt et ordinaverunt quod dictæ partes teneantur et debeant ratificari facere præsentem pronuntiationem et omnia suprâ et infrâ scripta quàm citiûs fieri poterit, videlicet dictus abbas per conventum dictæ abbatiaë legitimè in capitulo congregatum, et dicti syndici et probi homines suprâ nominati per omnes et singulos alios homines dictæ communitatis absentes. Quæ siquidem arbitratoria sententia ut dictum est pronuntiata et verbis laicis promulgata in præsentia et in auribus dictarum partium. Ipsæ eadem partes dictam sententiam, ordinationem et pronuntiationem tamquam justam et cui-libet partium propitiam gratis et spontè acceptaverunt, laudaverunt, ratificaverunt et approbaverunt, acceptantque, laudant,

ratificant et approbant, dictus videlicet dominus abbas de consilio suorum canonicorum suprâ nominatorum et nomine quo suprâ, et dicti sindici et probi homines suo et aliorum absentium totiusque communitatis de Loco nominibus. Et promiserunt atque promittunt, una pars in favorem alterius, videlicet dictus abbas, nomine quo suprâ, pro se et suis successoribus, bona fide sua, et cum districto per eum præstito juramento ad votum et observantiam suæ religionis, manu dextra ad pectus apponenda, de sub et expressa obligatione omnium et singulorum bonorum suorum et dictæ abbatæ mobilium et immobilium, præsentium et futurorum, quorumcunque, et dicti sindici atque probi homines de Loco suprâ nominati, nominibus quibus suprâ, tamquam major et sanior pars corpus dictæ communitatis representantes, pro se et suis hæredibus et successoribus, habitatoribus et habitaturis in futurum in dicto loco, quibuscunque, juramentis suis ad sancta Dei Evangelia corporaliter præstitis tangendo Litteras sacras, et sub expressa obligatione omnium et singulorum bonorum suorum et dictæ communitatis, mobilium et immobilium, præsentium et futurorum, quorumcunque, contra prædictam pronuntiationem et omnia suprâ et infrâ scripta nunquam facere, dicere, objicere vel venire, sed eandem pronuntiationem, de puncto ad punctum, altera pars alteri attendere, servare, complere, perficere et observare prout et quemadmodum suprâ est declaratum, et nihilominus altera pars alteri resartire omnia dampna, missiones et expensas occasione contrarietatis vel defectus per aliquam partem factas in præmissis, evenienda, patiendas et sustinendas, super quibus omnibus et singulis voluerunt dictæ partes esse per alteram partem alteri credendum cum simplici juramento tantum, absque alia probatione vel monstra. Et, ad majorem firmitatem præmissorum, dictæ partes renuntiaverunt et renuntiant per præsentem, ex eorum certis scientiis et sub vinculo eorum juramentorum, altera pars in favorem alterius et pro conservatione actorum, omni exceptioni doli, mali, vis, metus, actioni in factum, deceptioni, circumventioni, et indebitæ promissioni, rei aliter scriptæ quam gestæ et e contra, exceptioni dictæ pro-

nuntiationis non sic vel minus legitimè factæ, dictæque promissionis et honorum obligationis etiam non ut præhabetur factæ, juri per quod deceptis subvenitur, juri dicenti quod « si dolus det causam contractus vel incidat in contractum, ipso jure nullum esse, » juri dicenti quod « ex juramento non oritur actio, nisi delatum fuerit in judicio, » juri dicenti « promittendo factum alienum minimè obligari posse », omni dispensationi juramenti et implorationi judicis officii, omni privilegio et juri per quod præsens tractatus sive concordia rescindi posset aut altera pars contra alteram se quomodolibet tueri, generaliter autem omnibus et singulis exceptionibus, allegationibus, oppositionibus, defensionibus et cautelis legis, juris, usus, facti et consuetudinis quibus seu quarum ope præmissa in aliquo possent vitari, corrumpi seu adnullari, et maximè juri dicenti « generalem renuntiationem non valere nisi præcesserit specialis, » voluntque et intendunt quod sub hac renuntiatione generali comprehensæ intelligantur omnes et singulæ speciales ad præmissa necessariæ et opportunæ. Acta fuerunt hæc publicè, in *castro Sarratæ*, anno et indictione quibus suprâ, die *vicesima mensis junii*, præsentibus ibidem quibus suprâ in compromisso, et cum eisdem nobili Symone de Champagne, magistro hospitii, domini de Vergier, nobilibus Nicolâo de Romano monasterio, Francisco de Chavornay et Johanne Pellis, vice-castellano Cletarum, sumptis pro testibus, vocatis et rogatis. De quibus omnibus et singulis, tam in compromisso quam pronuntiatione et ratificatione per dictas partes principales eorumque arbitros agitatis et factis, petierunt dictæ partes et voluerunt dicti arbitri per nos, dictos notarios, fieri ad opus dictarum partium duo publica instrumenta unius et similis continentiæ, videlicet ad opus cujuslibet unum, et, ad majorem roboris firmitatem, rogaverunt eisdem apponi sigilla curiæ officialatûs lausannensis et balliviatus Vuaudi.

Ego vero, Aymonetus Pollens, auctoritate imperiali notarius publicus, curiæque officialatûs lausannensis dictique balliviatus Vuaudi et omnium castellaniarum ejusdem juratus, qui præmissis omnibus et singulis, dum sic agerentur et fierent, unacum

discreto viro Guilliermo Berardi infrà scripto et testibus ipsis, præsens tamquam publica persona interfui, eaque sic fieri vidi et audivi et in notam sumpsi, indèque cum ipso Guilliermo hoc instrumentum publicum confeci, scripsi, subscripsi et signo meo solito signavi, requisitus et rogatus.

AYMONETUS POLLENS.

Ego itaque, Guilliermus Berardi, de Romano monasterio, clericus, auctoritate imperiali notarius publicus et curiæ domini officialis lausannensis ac baliviæ et omnium castellaniarum Vuaudi juratus, præmissis omnibus et singulis dum sic fierent et agerentur, cum Aymoneto Pollens notario et testibus suprâ scriptis, præsens fui, ea sic fieri vidi, audivi, requisitus quoque cum præsignato notario recepi et ideo in notam sumpsi, ex quâ cum eodem Aymoneto hujusmodi publicum instrumentum manu ejusdem Aymoneti fideliter scriptum grossavi, et hic me scribens subsignavi signo mei tabellionatus solito, vocatus et requisitus, in testimonium veritatis eorundem præmissorum.

GUILLIERMUS BERARDI.

Et nos, officialis dictæ curiæ lausannensis, et Glaudius de Menthone præfatus ballivus Vuaudi, ad preces et requisitiones prædictas, nobis oblatas fideliter et relatas per dictos Aymonetum Pollens et Guilliermum Berardi, de Romano monasterio, auctoritate imperiali notarios publicos et dictæ curiæ lausannensis balliviatusque prædicti juratos, coram quibus tamquam personis publicis præmissa fuerunt acta, et quibus ad hæc vires nostras etiam commisimus et eisdem fidem plenariam adhibemus, sigilla nostra præsentibus litteris si necesse fuerit duximus apponenda, tam in testimonium et approbationem ipsorum notariorum quam ad corroborationem omnium per dictos notarios supra scriptorum. Datum ut suprâ.

(Ici le sceau de l'officialité et celui du bailliage de Vaud.)

LXIII.

CONFIRMATION RÉCIPROQUE

de la prononciation arbitrale qui précède tant par l'abbé
Jean de Tornafol et le couvent du Lac de Joux que par
des prud'hommes de la communauté du village du Lieu.

(*Archives cantonales, Romainmotier T. III, N° 583.*)

Anno 1488, 22 juillet.

In nomine Domini amen ! Hujus publici instrumenti tenore ,
cunctis et singulis præsentibus et futuris evidenter appareat et
sit manifestum quod , anno ejusdem Domini millesimo quater-
centesimo octuagesimo octavo , indictione sexta cum eodem
anno sumpta et currente die vero festi beatæ Mariæ Magda-
lenæ , in nostri , notariorum auctoritate imperiali publicorum ,
et testium subscriptorum præsentia , propter infrâ scripta pera-
genda , personaliter constituti reverendus pater frater Johan-
nes de Tornafollo , abbas abbatix Lacus-jurensis , ordinis præ-
monstratensis , lausannensis diocæsis , et cum eo fratres Jaco-
bus Hugoneti prior , Johannes de Solerio subprior , Johannes
de Piro , Michæel Chevalleri , præbyteri , Alexander Chantrens et
Petrus Vannodi , novicii claustrales dictæ abbatix , necnon Petrus
de Gleresse curatus de Cuarnens , Petrus Balmaz curatus de
Lila , Guiliermus de Cruce curatus Sancti Desiderii , Petrus
Gandillion curatus de Ornyer et Nicodus Coscheti curatus de
Sancto-Symphoriano , canonici dictæ abbatix , capitulantes et
capitulum suum teuentes , ad sonum campanæ ut moris est
congregati hora videlicet capituli , ex unâ , et Stephanus Lugrin
et Johannes Piguët de Loco , sindici et gubernatores communi-
tatis hominum dicti loci de Loco , una secum pluribus viris et
vere tota communitate de Loco , ex alterâ , partibus . Cum pri-

dem orta foret differentia inter eundem abbatem et dictam communitatem de Loco, et noviter fuerit dictis partibus super eorum differentiis per reverendum et egregios ac nobiles viros fratrem Johannem de Mattafallon priorem de Mutuà, decretorum doctorem, dominos Soffredum de Arciis, cantorem, Rodulphum de Moleria decanum, canonicos Lausannæ, et Ludovicum de Frano præceptorem domus Calcis, parte dicti abbatis, ac dominum Petrum de Bionnens legum doctorem, Johannem de Romano monasterio et Johannem Legier de Yverduno, pro parte hominum de Loco, in absentia nobilis Guillermi de Gallera cum arbitratoris, suos arbitros seu amicales pacis compositores electos et nominatos, pronuntiatum, prout in instrumento super dictis differentiis et pronuntiatione confecto iis præsentibus annexo, per nos dictos notarios recepto, dato diebus decimâ nona et vigesima mensis junii anno quo supra, plenius continetur, hinc est quod supra dictus dominus abbas, vigore ultimi articuli per dictos dominos arbitros sibi, partibus, facti et eidem satisfaciendo, requisivit dictos syndicos quatenus ipsam pronuntiationem laudari et ratificari facerent per homines de Loco qui in eadem pronuntiatione non interfuerant et illam nondum ratificaverant prout et quemadmodum promiserunt, se offerens modo pari per suum conventum fieri facere. Ipsi enim prior, subprior et alii conventuales, necnon curati supra nominati, dictæ abbatiae canonici, lecto prius ibidem verbis gallicis per alterum nostrum, dictorum notariorum, dicto pronuntiationis instrumento, de cujus tenore maturè informati, volentes satisfacere dicto articulo et promissioni dicti abbatis sui, tamquam de juribus et utilitate dictæ abbatiae certificati, habitis invicem maturis consilio et deliberatione, unanimiter et eodem consensu, de laude tamen, licentia et auctoritate præfati abbatis sui præsentis et ipsos tam ad ea quam alia per ipsos agenda auctorizantis, pro se et suis successoribus laudaverunt, ratificaverunt et approbaverunt, laudantque, ratificant, et approbant per præsentem eandem pronuntiationem et omnia et singula in dictæ pronuntiationis instrumento iis præsentibus annexo contenta et descripta, totaliter et expressè in eisdem

consentiendo. Hac autem approbatione et ratificatione ut præfertur factâ, suprâ dicti sindici et gubernatores de Loco, volentes negotium hujusmodi cum iis qui in pronuntiatione prædicta præsentibus non fuerant consulere et eosdem de ipso plenariè informare, sumpserunt modici temporis intervallum ad revindendum et indè faciendum id ad quod tenebantur, se semper illud facere offerentes, undè anno, indictione et die quibus suprâ, horâ ferè tertia post meridiem, in nostri semper notario- rum et testium subscriptorum præsentia suprâ dictis partibus invicem congregatis et ubi suprâ existentibus, præfatus abbas iterum et secundo requisivit dictam pronuntiationem per homines de Loco qui illam non ratificaverunt laudari, propterea : Vaulcherius Aubert, Johannes Mareschaulx junior, Glaudius Reymond alias Aubert, Petrus Bussy, Johannes Mareschaulx senior, Glaudius Lugin, Glaudius Piguet, Nicodus Piguet et Glaudius Nicolaz, probi homines dictæ communitatis de Loco ibidem personaliter constituti, de ipsâ pronuntiatione ut asserunt sufficienter informati, gratis et spontè pro se et suis hæredibus et successoribus quibuscunque, pronuntiationem ipsam cum omnibus suis tenoribus et capitulis per eum modum per dictos dominos arbitros pronuntiatum et ordinatum et juxta tenorem articulorum per ipsos dominos arbitros dictatorum et promulgatorum, et non aliàs nec alio modo, laudaverunt, ratificaverunt et approbaverunt, laudantque, ratificant et approbant per præsentibus totaliter, in eisdem expressè consentiendo. Promiserunt insuper, tam dicti canonici conventuales et curati, de licentia, laude et auctoritate præfati sui abbatis ibidem præsentis, in favorem omnium et singulorum quorum interest et interesse poterit, pro se et suis successoribus, quod dicti homines de Loco suprâ nominati, ratificantes de consensu et consilio dictorum sindicorum etiam præsentium, in favorem etiam omnium quorum interesse potest, pro se et suis quibus suprâ, juramentis suis, per ipsas partes præstitis corporaliter, videlicet dictos religiosos seu canonicos ad votum et observantiam suæ religionis, et sub expressa obligatione omnium et singulorum bonorum suorum et dictæ abbatie quorumcunque, et dictos

homines ad sancta Dei Evangelia, tangendo corporaliter Litteras sanctas, et sub expressâ obligatione omnium et singulorum bonorum suorum et dictæ communitatis, quantum suâ interest, mobilium et immobilium, præsentium et futuroꝝ, quorumcunque, contra præsentem per easdem partes factam ratificationem et omnia suprâ et infrâ scripta, nec minus contra pronuntiationem et ordinationem dictorum arbitratorum per nos, dictos notarios, receptam et signatam, nunquàm facere, dicere, objicere vel venire, sed eadem de puncto ad punctum, per modum superiùs ratificatum, attendere, complere, perficere et observare altera pars alteri et e contrâ, et nihilominùs promittunt dictæ partes ut suprâ reddere et resartire altera pars alteri omnia dampna, missiones et expensas occasione contrarietatis et defectus omnium vel aliquorum præmissorum ut præfertur non attentorum emendanda et patiendas, super quibus volunt ipsæ partes esse credendum simplici juramento tantum, absque alia dampnorum declaratione vel monstra. Renuntiantes expressè in hoc facto dictæ partes, quælibet ipsarum quantum suâ interest et de consensu et licentiâ quibus suprâ, ex eorum certis scientiis et sub vinculo juramentorum suorum, omni exceptioni mali, doli, vis, metûs, actioni in factum, deceptioni, circumventioni et indebitæ promissioni, conditioni sine causâ, rei aliter scriptæ quam gestæ et e contrâ, exceptioni omnium et singulorum prædictorum non sic vel minùs legitimè factorum, juri per quod deceptis subvenitur, juri per quod renuntiatio non valet nisi de jure cui renuntiatum informatio habeatur, omni dispensationi juramenti et judicis officii implorationi, omni privilegio et juri canonico ac statutis ordinis, generaliter omnibus et singulis exceptionibus, allegationibus, oppositionibus, defensionibus et cautelis legis, juris, facti et consuetudinis, quibus median-tibus præmissa possent infringi, aut altera pars contra alteram se quomodolibet tueri, et demum juri dicenti « generalem renuntiationem non valere nisi præcesserit specialis. »

Volentes eadem partes et petentes de præmissis omnibus et singulis per nos, notarios prædictos, sibi dari et confici publicum instrumentum unum et plura, tot quot fuerint necessaria,

semel et pluries ac totiens quotiens expedierit dictamine et consilio peritorum et sapientium reficienda et rescribenda sigillisque officialatûs Lausannæ et balliviatus Vuaudi quantum opus est sigillanda. Acta fuerunt hæc anno, indictione, die et loco quibus suprâ, præsentibus ibidem nobilibus viris Ludovico de Bettens, Johanne de Villar juniore, Johanne de Villar seniore, Bono de Gruffiaco, et providis viris Petro Majoris de Mutua, Nicodo Breulati et Johanne Jordani de Morgiâ, notariis, sumptis pro testibus, vocatis et rogatis. Ibidem autem personaliter existens reverendus in Christo pater frater Johannes præpositi, abbas de Corneolo, ordinis præmonstratensis, bisuntinensis diocœsis, visitor et circarius per reverendum in Christo patrem dominum Humbertum, permissione divinâ abbatem præmonstratensem et co-abbatem, generale capitulum, in partibus Burgundiæ et Sabaudiæ specialiter deputatus, constantibus litteris sigillo viridæ ceræ dicti generalis capituli sigillatis, per G. Dalendini signatis, datis in monasterio Sancti Enodii de Brana, Suessionis diocœsis, die sexta mensis Maii anni præsentis, sedente ibidem generali capitulo, per eum exhibitis. Ipse quidem, informatus de ratificatione præscripta pronuntiationeque et arbitratoria sententia de quibus refert ipsa ratificatio, precibus tamen et ad requestam supra dictorum abbatis et conventus Lacus jurensis, pronuntiationem, arbitratoriam sententiam et ratificationem ipsas omniaque et singula in instrumentis earumdem contenta et descripta, tamquam ecclesiæ propitia et utilia, vice et nomine prælibati domini præmonstratensis abbatis et generalis capituli ejusdem ordinis et vigore potestatis eidem ut dictæ litteræ referunt attributæ, laudât et approbat, auctoritatem ipsorum abbatis et generalis capituli in eisdem interponendo pariter et decretum. In cujus approbationis testimonium, has litteras etiam per nos, notarios prædictos, receptas ad opus quorum interest duxit concedendas sigillisque supra dictis rogavit sigillandas. Acta fuerunt anno, indictione, die, horâ et loco et coram testibus quibus suprâ.

Et me, Aymoneto Pollens, de Romanomonasterio, auctoritate imperiali notario publico et curiarum officialatus lausannensis

et balliviatus Vuaudi omniumque castellaniarum ejusdem jurato, qui præmissis omnibus et singulis dum sicut præmittitur agerentur et fierent, unâcum provido viro Guilliermo Berardi et testibus præscriptis, præsens interfui eaque sic fieri vidi et audivi et in notam sumpsi, indèque hoc præsens publicum instrumentum manu meâ scriptum cum eodem Guilliermo confeci, subscripsi et signo meo solito signavi, requisitus et rogatus, in testimonium præmissorum.

AYMONETUS POLLENS.

Ego itaque, Guilliermus Berardi, de Romanomonasterio clericus, auctoritate imperiali notarius publicus balliviæque et omniium castellaniarum Wuaudi ac curiæ officialatus lausannensis juratus, præmissis omnibus et singulis dum sic fierent et agerentur, cum discreto viro Aymoneto Pollens notario et testibus præscriptis, præsens fui, ipsa sic fieri vidi et audivi, requisitus quoque cum ipso Aymoneto recepi et ideo in notam sumpsi ex quâ hujusmodi publicum instrumentum per me cum eodem Aymoneto, et ipsius manu grossatum et scriptum, extraxi et levavi ac signo mei tabellionatus solito hic me scribens subscripsi fideliter, vocatus et rogatus, in testimonium veritatis eorumdem præmissorum.

GUILLERMUS BERARDI.

LXIV.

Acte de vente d'une moitié de la dime du terrage des Bos, faite à l'abbaye du Lac-de-Joux, par Barthélemy, seigneur de La Sarraz, pour le prix de cinquante florins de petit poids.

*(Archives cantonales, Registres-copies de Romainmotier,
T. III. N^o 592.)*

Anno 1497, 8 mai.

Ego, Bartholomæus baro et dominus Sarratæ, notum facio universis, præsentibus et futuris, quod ego non vi etc. vendidi,

perpetuoque vendo ac irrevocabiliter, pro me et meis hæredibus, reverendo in Christo patri domino Johanni de Tornafollo, abbati abbatia Lacusjuriensis, præmonstratensis ordinis, lausannensis diocæsis, præsentis etc., videlicet partem meam, hoc est medietatem, quam habeo et prædecessores mei habuerunt in terragio des Bo, in confinio de Mœrier, videlicet in terra de Chandollen, partientem et quæ solet dividi cum eadem abbatia pro alia medietate et prout hactenus solitum est levari, quod terragium est de octo gerbis, una tam pro terragio quam decima, vendidi inquam et vendo eandem medietatem et quicquid juris, actionis, rationis, proprietatis et possessionis habeo, habere possum et debeo ex quacunque causa in eodem terragio et decima dictæ terræ de Champdollen et aliarum terrarum existentium in et de dicta consuetudine et terragio des Bo, tam per litteras pronuntiationis et concordationis olim inter abbatem dictæ abbatia et defunctum dominum Sarratæ factarum quam alias, pretio justo quinquaginta florenorum parvi ponderis, quolibet ipsorum valente duodecim solidos bonæ monetæ cursibilis in patria Vuaudi, quos confiteor habuisse et recepisse realiter ab eodem domino abbate in bona pecunia numerata et in meam evidentem utilitatem totaliter conversa et implicata, nomine et ob causam justi pretii dictæ perpetuæ venditionis, et, si plus valeat, illud plus dono eidem abbatia in augmentum divini cultus, devestiens me et meos quos supra, ego dictus dominus venditor, de dicta medietate terragii des Bo, videlicet terrarum de Champdolen et aliarum ac aliis supra per me venditis, eundem abbatem et suos successores corporaliter et perpetuo investiendo de eisdem per præsentis instrumenti traditionem, nihil juris, tituli, actionis etc., retinens, etc.

In cujus rei testimonium, nos officialis curiæ lausannensis, ad preces et requisitiones dicti domini de Sarrata venditoris nobis oblatas fideliter et relatas per Aymonetum Pollens de Romano monasterio notarium, curiæ nostræ juratum, coram quo velut mandato nostro præmissa fuerunt acta et cui super his vices nostras commisimus et eidem fidem plenariam adhibemus, sigillum dictæ curiæ nostræ præsentibus litteris duximus appo-

nendum. Datum die octava mensis maii anno Domini millesimo quatercentesimo nonagesimo septimo.

AYMONETUS POLLENS.

LXV.

Le pape Jules donne charge à l'official de Lausanne d'établir
Aimon Jaquet abbé du Lac-de-Joux.

(Grosse, p. 184.)

1509, 3^o Calendas Augusti, id est 30 Juillet.

Julius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio officiali lausannensi, salvam et apostolicam benedictionem.

Sollicite considerationis indagine, prout officii pastoralis cura requirit, circa ecclesiarum et monasteriorum omnium statum feliciter et prospere dirigendum, operosæ diligentiae studium libenter intendimus ut ipsis, ne longæ vacationis peregrinentur incommoda, de salubris provisionis remedio et salubriter consulatur. Cum itaque monasterium Lacus juriensis, præmonstratensis ordinis, Lausannæ diocesis, quod ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, de jure patronatus laïcorum nobilium, videlicet baronis Sarratæ, pro ipso existentibus fore dignoscitur, ex eo quod dilectus filius Johannes, nuper ipsius monasterii abbas, regimen et administrationem illius, cui tunc præerat per dilectum filium magistrum Thomam, regis scriptorem, et familiarem nostrum, procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter constitutum, hodie, in manibus nostris, sponte et libere cessit, nosque cessionem ipsam duximus admittendam, abbatis regimen destitutum existat, nos, cupientes eidem monasterio, ne longæ vacationis exponatur incommodo,

de persona secundum cor nostrum, utili et idonea, per quem circumspecte regi et salubriter dirigi valeat, provideri, ac de meritis et idoneitate dilecti filii Aymonis Jacqueti, monachi dicti monasterii, qui, ut asserit ordo ipse (expressu professus existit apud nos de religionis zelo, vitæ munditiæ, honestate morum, spiritualium providentiæ, et temporalium circumspectione, ac aliis virtutum donis multipliciter commendati), certam notitiam non habentes, ipsumque Aymonem, qui presbyter est, a quibusvis excommunicatis, suspensis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa, latis, si quibus quandolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendarum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, ac omnia et singula beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, quod dictus Aymo, etiam ex quibusvis dispensationibus apostolicis, in titulum vel commendam, aut alias, obtinet et expectat, necnon in quibus et ad quæ jus sibi quomodolibet competit, quacunque, quotcunque et qualiacunque sint, eorumque fructuum, reddituum et præventuum, veros annuos valores, ac hujusmodi dispensatione tenores præsentium pro expressum habentes, ac juri patronatus hujusmodi, hac vice duntaxat, specialiter et expresse derogantes, discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, committimus de hujusmodi meritis et idoneitate dicti Aymonis, auctoritate nostra te diligenter informamus, et si, per informationem eamdem, dictum Aymonem ad regimen et administrationem dicti monasterii utilem et idoneum esse reperias, super quo tuam conscientiam oneramus, de persona ejusdem Aymonis dicto monasterio, cujus fructus, redditus et præventus ducentorum ducatorum auri de camera, secundum quemdam existimatione valorem annum, ut de qua Aymo etiam asserit, non excedunt, sive præmisso, sive alio quovismodo, aut ex alterius cujuscunque persona vacet; etiam, si ejus provisio ex quavis causa ad sedem apostolicam, specialiter vel generaliter, pertineat, dummodo tempore datæ præsentium non sit eidem monasterio de abbate canonice provisum, eadem auctoritate nostra provideas, ipsumque illi in abbatiam præficias,

curam, regimen et administrationem dicti monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, ac faciendo sibi de dilectis filiis conventus obedientiam et reverentiam debitas et devotas, necnon, de vassallis et aliis subdictis dicti monasterii, consueta servitia et jura ab eis sibi debita integre exhiberi, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac prædicti et alterius monasteriorum, aut regularis loci a quo forsan ipsum monasterium Lacus dependat, dictique ordinis juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis, quoque indulgentiis et litteris apostolicis monasteriis et ordini prædictis concessis, ac per nos et sedem eandem etiam, iteratis vicibus, approbatis, innovatis et de novo etiam concessis, illis præsertim quibus, inter alia, caneri dicitur expresse quod vocantibus, pro tempore, ipsius ordinis monasteriis illis et personis idoneis, ordinem ipsum expresse professis per illius patres abbates seu diffinitores juxta ejusdem præmonstratensis ordinis regularia instituta, etiam, apostolica auctoritate, confirmata et approbata, ac privilegia apostolica illi concessa possit et debeat provideri, et alias etiam, per nos et sedem eandem, pro tempore factæ provisiones, seu præfectiones, nullæ sunt quoque illis, nisi sub certis in eis expressis modis et formis, ac verborum expressionibus, eorumque deserto toto tenore, ac etiam de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio et assensu derogari, neque et, si derogaretur, non censeretur aliqualiter derogatum, ac derogatio hujusmodi primis, per diversas litteras, superioribus dicti monasterii, ordinis etiam, cum certis temporalibus intervallis, intimari debeat, quibus illarum tenores, formas et causas, propter quas concessæ fuerunt præsentibus, pro sufficientibus, expressis, habentes illis, atque in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque, aut, si conventus vassallis et subdictis præfatis, vel quibusvis aliis, communiter vel divise, ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non fa-

cientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionatum; nos enim, eidem Aymoni, si de persona sint, eidem monasterio, parte, vigore, præsentium, provideri, ipsumque illi in abbatiam præfici contingat, ut præferatur, ut a quocunque maluerit antistite catholico gratiam et communionem, dictæ sedis humanitate, munus benedictionis recipere valeat, ac eidem antistiti ut illud, dictæ auctoritate, sibi impendere libere possit concedimus per præsentem. Volumus autem quod dictus antistes qui sibi præfatum munus impendet, postquam illud ei impenderit, ab eo, nostro et Romanæ Ecclesiæ nomine, fidelitates debite, solitum recipiat juramentum juxta formam quam sub bulla nunquam mittimus interclusum, ac formam juramenti hujusmodi quondam ipse Aymo prestiterit nobis, de verbo ad verbum, per ejus patentes litteras suo sigillo signatas, per proprium nuntium, quanto citius destinare procuret. Quoque, per hoc, venerabili fratri nostro, episcopo lausannensi, cum monasterio, ipso ordinario jure subesse dignoscitur, nullum, in posterum, præjudicium generetur. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis divinitatis millesimo quingentesimo nono, tertio Calendas Augusti, Pontificatus nostri anno sexto.

(signé) BALBUS.

LXVI.

Reconnaissance prêtée en faveur de Michel, baron de la Sarraz, par Claude d'Estavayer, commendataire perpétuel des couvents de Sainte Marie d'Haute-Combe et de Marie-Madelaine du Lac-de-Joux.

(Grosse, p. 179.)

1519, 10 Novembre.

In Dei nomine, amen!

Hujus præsentis publici instrumenti serie, cunctis evidenter appareat et sit manifestum quod, anno Domini millesimo quin-

gentesimo decimo nono, indictione septima, et die Jovis decima mensis Novembris, personaliter constituti et existentes in capitulo abbatiae Lacus juriensis, præmonstratensis ordinis, Lausannæ diocesis, reverendus in Christo pater et dominus, dominus Claudius de Staviaco (Estavayer), Dei et apostolicæ sedis gratia, episcopus bellicensis (de Belley), insigniumque monasteriorum beatæ Mariæ de Alta-Comba, cisterciensis (Citeaux) ordinis, et beatæ Mariæ-Magdalænæ Lacus juriensis, ordinis præmonstratensis, commendatarius perpetuus, in præsentia conventus canonicorum dictæ abbatiae Lacus juriensis, ex una, et venerabilis vir dompnus Franciscus de Lustriac, canonicus Lausannæ, curator nobilis et potentis viri Michaëlis, baronis Sarratæ moderni, absentis a patria, nobilesque Christophorus de Diesbach, dominus Vorbæ, vices gerens, in hac parte, dicti baronis, Petrus Arsens, vassallus, et Guillelmus de Muris, dominus de Corsellis, castellanus Sarratæ, procuratores, in hac parte, dicti baronis, constante instrumento dictæ suæ procuratoris, per Petrum Joyetum, clericum Lugdunî, signato, dato die vigesima mensis Junii, anno millesimo quingentesimo decimo nono, partes, ex altera, egerunt, firmaverunt et laudaverunt invicem, in mea, notarii publici, et testium subscriptorum præsentia, recognitiones, conventiones et ea quæ sequuntur: Imprimis, idem reverendus dominus episcopus, commendatarius dictæ abbatiae Lacus juriensis, adepta prius per eum possessione pacifica dictæ abbatiae, interpellatus, pro parte dicti baronis et per quos supra, de recognitione et debito ipsi baroni fiendis, secundum quod in documentis et diversis litteris dictæ abbatiae et dicti baronis videtur contineri, informatusque per quos supra de dictis documentis, et ultimate de recognitione facta per Johannem de Tornafollo, ultimum defunctum abbatem dictæ abbatiae, de anno millesimo quatercentesimo octuagesimo quarto (1484, 7 Juin), volens idem reverendus dominus episcopus, commendatarius modernus dictæ abbatiae, eidem baroni Sarratæ debitum reddere accensu (dépendance), maxime recognitionem dicti domini Johannis de Tornafollo, gratis et sponte, nulla victus, ut dicebat, necessitate, sed de consilio et

assensu dicti conventus canonicorum Lacus juriensis, confitetur et recognoscit, tamquam bene informatus, eundem baronem Sarratæ modernum, tamquam successorem prædecessorum suorum, esse *fundatorem, gardianum et avoërium* dictæ abbatiae Lacus juriensis et jurium, atque in pertinentiis ejusdem, prout ejusdem prædecessores fuerunt et in litteris et documentis suis, dicti baronis, videtur contineri, et prout sui, dicti domini, confitentes prædecessores, abbates, fecerunt. Promisitque, idem dominus commendatarius, juramento prælati, se eundem baronem habere et tenere, velut fundatorem, gardianum et avoërium dictæ abbatiae et jurium suorum, prout sui, dicti domini, prædecessores fecerunt, tenuerunt et habuerunt, procurareque commodum et honorem dicti baronis et suorum, et incommodum evitare, toto suo posse, nec in futurum facere quidquam contra jura dicti baronis, in quantum concernit dictam abbatiam, promittens, pro se et suis successoribus, bona fide, et in verbo prælati, et obligatione bonorum suorum, dictæ abbatiae, contra præmissa nunquam facere, sed eadem attendere et observare perpetuo. Renuntiamus perpetuo, propterea, omnibus et singulis exceptionibus juris, facti, ordinis statuti, privilegiis cujuscunque ordinis, dignitatis, dispensationi juramenti, et aliis quibuscunque quorum ope se posset contra præmissa tueri, vel præmissa possent rescindi, vel adnullari; et, adverso autem, præfati, dominus Franciscus, curator, Christophorus, vices gerens, Petrus Arsens, vassallus, et Guilielmus de Muris, castellanus Sarratæ, procuratores dicti baronis, promittunt, nomine dicti baronis, et pro eo et suis hæredibus et successoribus quibuscunque, juramentis suis ad sancta Dei Evangelia, corporaliter præstitis, et sub expressa obligatione omnium et singulorum bonorum suorum, dicti baronis, mobilium et immobilium, præsentium et futurorum, quorumcunque, eundem reverendum dominum episcopum commendatarium dictæ abbatiae tenere, et tueri, tamquam verum abbatem, ipsumque et bona dictæ abbatiae et ejus conventus manutenere atque defendere ab omnibus et contra omnes suo posse, et se habere erga eosdem abbatem et conventum, sicut decet, verum fundatorem, gardia-

num et advoërium , et in quantum, de jure et consuetudinè patriæ et loci, teneri potest, et sui prædecessores fecerunt, quacunq; juris et facti, atque consuetudinis, exceptione non obstante. Et, præterea, promittunt, contra præmissa, nunquam facere, dicere, objicere vel venire, per se, nec per alium, seu alios, nec alicui contra venire volenti, in aliquo, consentire, quovis modo, in futurum, sed eadem rata et grata habere, tenere, complere et observare. De quibus præmissis, omnibus et singulis, ipsæ partes voluerunt fieri, pro qualibet ipsarum partium, per me, notarium subscriptum, instrumentum publicum. Acta fuerunt hæc, anno, indictione, die et loco quibus supra, præsentibus ibidem nobilibus viris Johanne de Collumberiø, domino ejusdem loci, Francisco de Sancto-Symphoriano, condomine ejusdem loci, Anthoniø de Ponterousaz, condomino de Escublens, et provido viro Claudio Martignerio, clerico et castellano de Lylaz, cum pluribus aliis, sumptis pro testibus, vocatis et rogatis.

MAYOR.

Pro omnibus præmissis, in præsentì libro copiatis, a suis veris originalibus, extit copia per me,

MAYOR.

Nota.

Quamvis, in pronuntiatione facta per dominum comitem Rotundimontis, dominus abbas Nicolaus se tueri voluit hac pronuntiatione, descripta in præsentì quaterno, facta per Jacobum de Arnex, Johannem de Villars, Johannem de subtu Turri, et Vigurosum, contra petita domini Sarratæ, in octavo capitulo, et quod, de contentis in eodem capitulo, jam fuerat pronuntiatum per quos supra, et contentum esse in præsentì pronuntiatione, nulla tamen facta est mentio de ipsis missis celebrandis in altari Sancti Georgii, in eodem capitulo octavo et nono mentionato, unde, cum abbas habeat bonam assignationem, videlicet Mont-

bene, in quarium salis in Salinis, debentur dictæ duæ missæ dici in eodem altari, et inest fundatori actio contra abbatiam ad id fiendum.

LXVII.

(*Grosse, page 274.*)

Anno 1525, 27 octobris.

In nomine Domini, amen!

Anno a nativitate ejusdem Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, indictione tres-decima, cum eodem anno sumpta, et die vigesima septima mensis octobris, in manibus notarii publici sub-scripti, ac in testium sub-nominatorum præsentia, propterea quæ sequuntur peragenda, constituti personaliter viri probi Vaucherius Aubert et Petrus Nicolas, gubernatores totius terræ, villagii et territorii sub-confinati de Loco juriensis Lacus, seu Pontii, necnon Petrus Meylan, Johannes Meylan, Johannes Rochat, Franciscus Rochat, Guilielmus Lugrin, Jacobus Piguët, Girardus Mareschaux, Nicodus Meylan, Michaël Piguët, Petrus Mareschaux, magister Johannes Goy, carpentator, Claudius Lugrin, Guilielmus Reymond, Claudius Viandon (Viande), Claudius Piguët, Petrus Piguët, senior, et Johannes Finnaz (Fumaz), Petrus, filius Claudii Aubert, Antonius Goy, Petrus Languetin, Jacobus Clerc, Michaël Piguët et Johannes Nicolas, suis, necnon agentibus in hac parte nominibus aliorum habitantium et habitandorum in dicto loco Loci et Vallis Lacus juriensis, qui quidem nullis vi, dolo, neque metu ducti, nec ullo modo decepti, sed scientes, gratis et spontanei, atque de juribus et factis suis ad plenum in hac parte informati et edocti, pro se et suis hæredibus et successoribus quibuscumque ac posteritatis universis et singulis, ad instantiam, postulationem et debitam requisitionem, manibus Michaëlis Quiodi, notarii de Sancto-Mauritio agaunensis, burgensis Lausannæ, commissarii que et receptoris extentarum

et recognitionum villæ, castri, loci, mandamenti et ressorti Cletarum, balliviatus Vuaudi, suarumque pertinentiarum, pro illustrissimo, metuendissimo ac magnifico principe, domino nostro, Carolo Sabaudiaë duce, per eundem specialiter deputati stipulantisque et recipientis, more publicæ personæ, vice, nomine, ad opus, commodum, proque parte prælibati domini nostri ducis, suorumque hæredum et successorum quorumcunque, ac omnium et singulorum aliorum quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, confitentur, ac revera, palam, publice, ac manifeste recognoscunt, prout si essent in vero iudicio et coram suo iudice ordinario, propter hoc, personaliter evocati, nominibus suis et omnium aliorum hominum in ipso loco villagii, villæ, *Loci* resque et bona sua et omnia existentia infra et intra *vallem* Lacus juriensis, videlicet: a loco dicto Pierra-Fully, usque ad unam leucam vulgarem, prope lacum dictum Quinzonnet, secundum Vuaudi patriam limitandam, a monte nominato Riso, qui est de versus Moëtoz, usque ad montem dictum Montendroz, qui pendet a partibus de Vaud, sicut aquæ currunt, pendent et desfluunt, a dictis montibus, versus dictam abbatiam et lacum dictæ abbatiaë et versus aquam lacus abbatiaë prædictæ et, ultra dictas limitaciones, longe et late, ubicunque se extendant, esse et fuisse de jurisdictione omnimoda præfati illustrissimi domini nostri, ducis Sabaudiaë supra-dicti, meroque, mixto imperio, et quod ipse dominus dux et sui qui supra habent et habere debent super ipsos homines et quemlibet ipsorum, ac etiam in advenas in ipso *Loco* confluentes, delinquentes et delinquendos, banna, clamas et corporalem pugnitionem et omnimodam jurisdictionem. Et, sciendum est quod prædicti homines et personæ habitantes et focum facientes in villagiis villæ *Loci* et etiam Montisvillæ usagia et tributa annualia quæ deberi solent illustrissimo domino nostro duci et, prius, prædecessoribus ipsius domini nostri ducis, per eorum prædecessores, retroactis temporibus, ipsi domino nostro recognita, ut patet per extentas dicti domini nostri ducis, jamdiu extentas solvunt et solvere soliti sunt dicto domino abbati et conventui ejusdem, vigore quorumdam

pactorum dudum habitorum inter prædecesores dicti domini, nostri ducis, et prædecesores ipsorum abbatis et conventus, et, de quibus usagiis et tributis et censibus, habet et habere debet idem illustrissimus dominus noster princeps, dux Sabaudiaë, et sui qui supra, rechetum perpetuum, prout hoc constat esse prædecesoribus præfati domini nostri ducis fuisse recognitum per homines dicti villagii *Loci*, de voluntate reverendissimi patris domini Petri, abbatis Lacus juriensis, in manibus providi viri Anthonii Championis, olim dictarum extentarum commissarii, et deinde in manibus providi viri Aymonis Mercerii, etiam olim dictarum extentarum commissarii, etiam per eosdem prædecesores dictorum confidentium ad causam castri et ville Cletarum, a qua villa sunt exempti et quitti, immunes et liberi ab omni genere contributionis et de omnibus et singulis auxiliis, gietis, gayto et fortificatione burgesiæ, et quibuscunque aliis quæ et quas nobiles, burgenses et communitas Cletarum petere, exigere, possent, seu etiam reclamare, in futurum, a dictis probis hominibus de *Loco* et ab eorum successoribus quibuscunque, tam ex causa dicti ressorti quam ex causa dictæ contributionis et ex quacunque alia causa tangente dictam communitatem Cletarum insolidum, cujus quidem exemptionis vigore præfati homines de *Loco* confitentes solvunt et solvere consueverunt gubernatori villæ Cletarum, singulis annis et perpetue, termino festi Sancti-Martini hyemalis, videlicet quadraginta solidos monete lausannensis, prout hæc omnia et plura alia constare legitur instrumento recepto et signato per providum virum *Aymonetum de Allamando*, notarium, die ultima mensis junii, anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto, sigillo officialatus Lausannæ sigillato, successive laudato, confirmato et approbato (in eodem contenta omnia) per illustrissimum dominum nostrum dominum *Amedæum*, comitem Sabaudiaë, prædecesorem præfati domini nostri ducis, apparentem patentibus litteris de consilio strenui consilii Sabaudiaë, videlicet dominorum Francisci de Menthone, magistri hospitii, Johannis de Saulx, G. Marchandi, Joh. Cantin, et Claudii Odoneti, advocati phiscalis (fiscalis), consuetudinibus tamen

patriæ Vuaudi servatis et illæsis, signatis per providum virum H. Thurot, sigilloque armorum comitatus Sabaudiaë, cera rubra, sigillatis, cujus quidem instrumenti exemptionis, et laudationis, ac confirmationis, tenores, in fine præsentis recognitionis, inseruntur de verbo ad verbum. Denique, ipsi probi homines de *Loco*, mihi commissario subscripto, realiter et cum effectu, exhibuerunt, per litteras, non esse homines reverendissimi domini abbatis Lacus juriensis, prout per depositionem venerabilis fratris Perrini de Gento, procuratoris dicti domini abbatis reverendi et conventus lacus juriensis, sed, præfato domino nostro duci, prout de eisdem latius apparet duobus instrumentis, uno dato, Melduni, judicialiter, de consilio scripto (étroit) meldunensi, die tertia mensis januarii, anno Domini millesimo quatercentesimo octuagesimo tertio, recepto et signato per providum virum Johannem Crespi, notarium, et ballivatus Vuaudi juratum, sigilloque ballivi Vuaudi sigillato, alio (altero) vero, continente procuracionem protestationis, dato die quindecima mensis februarii, anno, a nativitate Domini, millesimo quatercentesimo octuagesimo tertio, signato per discretum virum Jacobum Saderium, notarium publicum, quorum duorum instrumentorum tenores in fine hujusmodi recognitionis seriatim et successive distribuuntur. Item, magis tenent, et tenere confitentur, dicti probi homines de *Loco*, pro se et suis quibus supra, a præfato domino nostro et suis, de eisdem domini nostri ducis omnimoda jurisdictione, mero et mixto imperio, de communibus dicti villagii, videlicet tresdecim solidos monetæ lausannensis, bonorum, annuæ pensionis eidem sindico debitos per Jacobum Pignet, singulis annis, perpetue, termino Sancti-Martini hyemalis, eidem communitati per dictum Jacobum solvendos vigore recti abergamenti de communibus dicti *Loci* per ipsam communitatem eidem Jacobo facti in et super uno morsello, tam terræ quam prati, sito in territorio de *Loco*, loco dicto *ou Séchei* continenti duas falcatas juxta iter publicum tendens a villagio *Loci* versus pontem Orbæ ab oriente, terram et pratum Jacobi Clerici a borea et commune ex aliis partibus, promittentes, insuper, prænominati probi homines

villæ *Loci*, confitentes, pro se et suis, ac nominibus quibus supra, necnon omnium aliorum hominum et habitantium in dicto districtu *Vallis Lacus juriensis* et villæ *Loci*, juramentis suis ad sancta Dei Evangelia, corporaliter per quemlibet ipsorum prestitis, subque expressa obligatione dictæ communitatis omnium bonorum suorum, mobilium et immobilium, præsentium et futurorum, quorumcunque, prædictam eorum confessionem, omniaque et singula in præsentī publico instrumento contenta rata, grata, firma et valida perpetue habere, complere, tenere et inviolabiliter omnino observare prout superius scripta sunt, nunquam in contrarium, per se nec per alium, faciendo, nec consentiendo, clam, palam, vel occulte, prælibatoque domino nostro duci et suis deservire, parere et obedire, prout homines sui, ad et juxta naturam feudi et homagii, per quemlibet eorundem, in manibus dicti commissarii, singulariter, singulaque, singulis debite relatis, referendo suo domino tenentur, commodumque ejusdem domini nostri ducis, et suorum prædictorum, procurare, incommodum vero, suo posse, curare, et generaliter omnia alia facere et prestare que, in forma fidelitatis nova et veteri, domino fieri debent et prestari, renuntiantes expresse, in hoc facto, supradicti probi confitentes, pro se et suis, ac nominibus quibus supra, ex eorum certis scientiis, vique suorum superius jam præstitorum juramentorum, omni exceptioni doli, mali, vis, metus et errori in factum, actioni, conditioni suis, causa ob causam, vel ex injusta causa, exceptionique confessionis, specificationis, declarationis, promissionis, obligationis, omniumque et singulorum præmissorum, non sic et non ita, vel minus legitime, actorum prout supra, juri que deceptis in suis contractibus quomodolibet subvenitur, juri que dicenti confessionem extra juditium et non coram suo iudice factam minime valituram, juri que dicenti : « factum alienum in se promitto neminem obligare posse, » et omnibus aliis juribus, canonicis et civilibus, scriptis et non scriptis, quibus mediantibus contra præmissa facere, dicere, vel venire possent, aut in aliquo se tuheri vel juvare, et maxime juri dicenti « generalem renuntiationem non valere nisi speciali præcedente, » protestantes, in super, præ-

nominati probi homines de *Loco* et *Vallis* Lacus juriensis, suis et quibus supra nominibus, in principio, medio, et fine hujusmodi eorum recognitionis ad sui et suorum jurium conservationem, quod si, per oblivionem, aut ex inadvertatione, ignorantia, aut alias, in eadem aliqualiter recognoscere obmiserit quæ fuerint addenda, vel addiderit quæ fuerint obmittenda, quod obmissa reddere possunt et adjecta detrahere sive sui et eorum cujuslibet præjuditio et gravamini, his quibuscunque testibus subscriptis præsentibus vel absentibus. De quibus præmissis omnibus inferius et superius descriptis, petierunt dicti confitentes, nomine totius communitatis et universis dicti *Loci*, sibi fieri et reddi tale instrumentum quale fiet ad opus præfati domini nostri ducis et suorum prædictorum a me notario et commissario subsignato, substantia non mutata, et voluerunt ulterius, prænominati confitentes, et quilibet eorum volunt, pro se et suis quibus supra ut hæc præsens recognitio sic in papiro grossata et signata per me notarium et commissarium sub-signatum tantum valeat et valere debeat, in iudicio et extra iudicium, pro dicto domino et suis prædictis quantum si esset levata in pergameno et sigillata aliquo authentico sigillo, non obstante consuetudine hæc contradicente. Actum hoc publice apud villam *Loci* Vallis juriensis, in stupha domus Nicodi Meylan, præsentibus ibidem nobili Anthonio Bessone, de Ligneroules, burgensi Cletarum, et discreto Claudio Pillivneto, (Pillivneto) notario de Balmis, testibus ad præmissa vocatis et rogatis.

MICHAEL QUIODI.

LXVII.

Vidimus (du 30 décembre 1757) de la reconnaissance qui précède de la commune du Lieu , reçue par le commissaire Quiod, en faveur du duc Charles de Savoie, à cause du château des Clées.

1525, 27 octobre.

Reconnaissance de la communauté de la ville du Lieu , soit de l'endroit où s'était établi autrefois l'ermite Ponce, dans la Vallée du Lac-de-Joux.

L'an du Seigneur mil-cinq-cent-vingt-cinq, l'indiction treizième commençant avec la dite année, et le vingt-septième jour du mois d'octobre, sur les mains de moi notaire, se sont constitués personnellement les honnêtes Vaucher (ou Gaucher) Aubert et Pierre Nicolas, gouverneurs de toute la terre, village et territoire du Lieu ci-dessous délimité et du Lac-de-Joux, soit de l'endroit de l'ermite Ponce, aussi bien que Pierre Meylan, Jean Meylan, Jean Rochat, François Rochat, Guillaume Lugrin, Jaques Piguët, Girard Maréchaux, Nicod Meylan, Michel Piguët, Pierre Maréchaux, maître Jean Goy, charpentier, Claude Lugrin, Guillaume Reymond, Claude Viandaz, Claude Piguët, Pierre Piguët, l'ainé, et Jean Fumaz, Pierre fils de Claude Aubert, Antoine Goy, Pierre Languetin, Jaques Clerc, Michel Piguët, Jean Nicolaz. agissant, en ce fait, tant en leur nom qu'au nom des autres qui habitent où qui pourront habiter dans le dit village du Lieu et le dit endroit de la Vallée du Lac de Joux, lesquels, sans y être engagés par aucune violence, etc., mais sachant, etc., pour eux, leurs héritiers et successeurs et tous et chacun de leurs descendans, à l'instance, demande et due réquisition de moi, Michel Quiod, notaire, etc., commissaire et receveur des extentes et reconnaissances du château, de la ville et de tout le ressort et mandement des Clées, pour l'illustrissime seigneur, notre seigneur, Charles, par la

permission divine, duc de Savoie, etc., confessent et reconnaissent en vérité, en leur nom et de tous les autres hommes demeurant dans le dit endroit du village, de la ville, du Lieu, que leurs effets, leurs biens et tout ce qui existe dans l'enceinte et dans l'intérieur de la Vallée du Lac de Joux, savoir : depuis l'endroit nommé Petra-Fuliz, jusqu'à une lieue commune, proche le lac appelé Quinzonnet, comptée comme on compte les lieues dans la patrie de Vaud, et depuis le mont nommé Risoux, dont le revers regarde Mothioz, jusqu'au mont appelé Montendroz qui penche du côté de Vaud, comme les eaux courent et penchent depuis les dictes monts vers la dite abbaie et le lac de la dite abbaie et vers l'eau nommée l'Orbe, qui sort du dit lac Quinzonnet et qui tombe dans l'eau du lac de la susdite abbaie et au-delà, ils confessent, dis-je, que les dites limites, en long et en large, quelle part qu'elles s'étendent, sont et ont été de l'omnimode juridiction du prédit illustrissime seigneur duc de Savoie, qu'il y a empire mère et mixte et que le même seigneur duc et les siens mentionnés ci-dessus ont et doivent avoir sur les mêmes hommes et sur chacun d'eux, aussi bien que sur les étrangers s'établissant dans ce lieu commettant des fautes ou venant à en commettre à l'avenir, bans, clames, punition corporelle et omnimode juridiction. Et il faut savoir que, en vertu de certaines conventions faites, il y a long-temps, entre les prédécesseurs de notre dit seigneur duc et les prédécesseurs des mêmes abbé et couvent du Lac de Joux, les prédits hommes et personnes habitant et faisant-feu dans les villages de la ville du Lieu, de même que de Mont-la-ville, payent et ont coutume de payer aux dits seigneur abbé et couvent du même endroit les usages et tributs annuels qui doivent se payer ordinairement à l'illustrissime seigneur duc, et auparavant à ses prédécesseurs ont été reconnus par leurs devanciers, dans les temps passés, en faveur de notre souverain, comme il paraît par les extentes (droitures) du dit seigneur, notre duc, faites il y a déjà long-temps, desquelles redevances, tributs et censes le même illustrissime seigneur, notre prince, duc de Savoie, et les siens sus-mentionnés ont et doivent avoir le droit perpétuel

de rachat, comme il conste qu'il a été reconnu aux prédécesseurs de notre prédit seigneur duc par les hommes du dit village du Lieu, du consentement de révérend père le seigneur Pierre, abbé du Lac de Joux, sur les mains de prudent Antoine Champion, autrefois commissaire des dites extentes, et ensuite sur les mains de prudent homme Aymon Mercier, aussi jadis commissaire des dites extentes, par les mêmes ancêtres des dits confessans, à cause du château et de la ville des Clées, quant à laquelle ville ils sont exempts et quittes, déchargés et libres de tous genres de contribution et de tous et un chacun secours, impôts d'habitations, garde, fortification, charges de bourgeoisie et de toutes les autres charges quelconques que les nobles, bourgeois et la communauté des Clées pourraient demander, exiger, ou même réclamer à l'avenir des dits honnêtes hommes du Lieu, habitant et qui habiteront dans la ville du Lieu, ni de leurs successeurs, quels qu'ils soient, tant à cause du dit ressort qu'à cause de la dite contribution, ni pour quel autre sujet que ce soit concernant la dite communauté des Clées en corps, en conséquence de laquelle exemption, les prédits hommes du Lieu confessans paient et ont coutume de payer, au gouverneur des Clées, chaque année, à perpétuité, au terme de la St.-Martin, d'hiver, savoir quarante sols monnaie de Lausanne, comme on lit qu'il conste de ceci et de plusieurs autres faits dans un acte reçu et signé par prudent homme Aymonet d'Allaman, notaire, le dernier jour du mois de Juin l'an du Seigneur mil-trois-cent-nonante-six, scellé du sceau de l'officialité de Lausanne, et successivement reconnu pour valide, approuvé et confirmé dans tout son contenu par notre illustrissime seigneur de pieuse mémoire, notre seigneur Amédée, comte de Savoie, prédécesseur du prédit seigneur notre duc, comme il se voit par les lettres-patentes du suprême-conseil de Savoie, savoir des seigneurs de Menthon, maître-d'hôtel, Jean de Saulx, G. Marchiand, gentilhomme de la chambre, et Claude Odonet, avocat fiscal, sans pouvoir cependant violer ni enfreindre les coutumes de la patrie de Vaud, lettres signées par prudent H. Charoz et scellées du sceau des armes du comté de Savoie, en

cire rouge, lesquels actes d'exemption, de même que la teneur de leur approbation et de leur confirmation sont insérés mot-pour-mot à la fin de la présente reconnaissance.

Enfin, les mêmes honnêtes hommes du Lieu m'ont réellement et effectivement démontré par des lettres expresses qu'ils ne sont point hommes dépendans du révérend seigneur abbé du Lac de Joux, selon la déposition du vénérable frère Perrin de Gento, procureur du révérend seigneur abbé et du couvent du Lac de Joux, mais qu'ils dépendent de notre prédit seigneur, le comte de Savoie, comme il se voit plus en détail par deux actes, l'un, donné judiciairement, à Moudon, par le conseil étroit du dit Moudon, le troisième de janvier de l'an du Seigneur mil-quatre-cent-quatre-vingt-trois, reçu et signé par prudent Jean Crespy, notaire et juré du bailliage de Vaud et scellé du sceau du bailliage de Vaud, l'autre, contenant la procure du pouvoir du dit frère Perrin de Gento, daté du quinzième jour du mois de février l'an depuis la nativité de notre même Seigneur mil-quatre-cent-septante-trois, signé par discret Janderius, notaire public. (Ces deux actes sont ténorisés à la fin de la présente reconnaissance tout de suite et dans leur ordre.)

Item, les dits honnêtes hommes du Lieu tiennent de plus et confessent tenir, pour eux et les leurs que dessus, du prédit seigneur, notre duc, et des siens ci-dessus, provenant du mère et mixte empire et de l'omnimode juridiction du même seigneur, notre duc, sur les biens communs du dit village, savoir treize sols bons, monnaie de Lausanne, dûs annuellement aux mêmes syndics par Jaques Piguet et qui doivent se payer par le dit Jaques Piguet à la même communauté du Lieu, chaque année, à perpétuité, au terme de la St.-Martin d'hiver, en vertu d'un certain abergement d'une portion des biens communs du dit Lieu fait au dit Jaques par cette communauté sur un morcel, tant de champ que de pré, situé dans le territoire du Lieu, lieu dit *au Séchey*, de la contenance de deux fauchées, près du chemin public tendant du village du Lieu vers le pont de l'Orbe, du côté d'orient, ayant le champ et le pré de Jaques Clite (Clerc) à bise et le commun des autres côtés.

Les prénommés honnêtes hommes de la ville du Lieu , ici confessans pour eux et les leurs et aux noms que dessus , de même que de tous les autres hommes et habitans dans le dit district de la vallée du Lac de Joux et de la ville du Lieu , promettent de plus , par leur serment prêté par chacun d'eux sur les Saints-Evangiles de Dieu corporellement , et sous l'expresse obligation de la dite communauté de tous ses biens , meubles et immeubles , présents et à venir , quelconques , d'avoir pour fixe , agréable , ferme et valide à perpétuité leur prédite confession et en général et en particulier toutes les choses contenues dans le présent acte , de les tenir , accomplir et observer inviolablement comme elles sont écrites plus-haut , en n'y contrevenant jamais , ni par soi ni par autrui , et en ne consentant pas qu'on y contrevienne , ni secrètement ni ouvertement , ni d'une manière cachée , de servir le prédit seigneur , notre duc , et les siens , de lui être soumis et de lui obéir comme étant ses hommes , conformément à la nature du fief et de l'hommage que chacun d'eux en particulier lui a prêtés sur les mains de moi , le dit commissaire , et comme des sujets y sont tenus , en remplissant tous et chacun de leurs devoirs de rélation à l'égard de leur seigneur , de procurer l'avantage du même seigneur , notre duc , et des siens susdits , d'éviter , de tout leur pouvoir , son dommage , et généralement de faire et d'observer toutes les autres choses qui , selon les formulaires anciens et nouveaux de fidélité , sont dues , par des sujets , à leur seigneur .

Les susdits honnêtes hommes confessans renoncent expressément , en ce fait , pour eux et les leurs et aux noms que dessus , de leur science certaine et en vertu de leurs sermens rapportés plus-haut , qu'ils ont déjà prêtés , à toute exception de dol , de violence , de crainte , à l'action que donne l'erreur dans le fait , à la condition sans cause , pour cause , ou à raison d'une cause injuste , à l'exception que fournit une confession , une spécification , une déclaration , une promesse , une obligation de toutes et chacune des choses qui précèdent , faites non ainsi , non de la manière , ou moins légitimement qu'il est dit plus-haut , à la loi qui relève ceux qui ont été trompés en quelle façon que ce soit

dans leurs contrats, à la loi qui porte qu'une confession qui n'est pas faite devant un juge ou qui ne l'est pas devant son propre juge ne doit avoir aucun effet, à celle qui dit qu'une promesse pour le fait d'autrui ne peut obliger personne, et à toutes les autres lois canoniques et civiles, écrites et non écrites, par le moyen desquelles ils pourraient agir, parler ou aller contre les choses énoncées ci-dessus, ou se soutenir et se défendre en quoi que ce soit, et surtout à la loi qui dit qu'une renonciation générale ne vaut que si elle a été précédée d'une spéciale.

Les prénommés, honnêtes hommes du Lieu et de la Vallée du Lac de Joux, en leurs noms et en ceux que dessus, protestent, en outre, au commencement, au milieu et à la fin de cette reconnaissance, faite par eux, pour la conservation de leurs droits et des leurs, et que si, par oubli, ou par inadvertance, par ignorance, ou autrement, ils ont omis, dans cette reconnaissance, des choses qu'il fallût ajouter, ou ajouté des choses qu'ils devaient omettre, ils pourront ajouter ce qu'ils ont omis, ou retrancher ce qui a été mis de trop, sans préjudice ni tort pour eux, ni pour aucun d'eux, que les témoins sous-nommés soient présents ou absents.

Les dits confessans, au nom de toute la communauté et de toute la généralité du dit endroit de la ville du Lieu, ont demandé que, de toutes les choses énoncées plus-haut et qui seront exprimées ci-dessous, il fût fait pour leur usage et qu'il leur fût remis un acte pareil à celui qui se fera pour l'usage du prédit seigneur, notre duc, et des siens susdits, par moi notaire et commissaire soussigné, sans rien changer à la substance de son contenu.

Les prénommés confessans ont encore voulu, en outre, et chacun d'eux a consenti, pour soi et pour les siens que dessus, que cette présente reconnaissance, quoique grossée en papier et signée par moi, notaire et commissaire, soussigné, ait et doive avoir autant de poids et d'effet, en jugement et dehors, en faveur du prédit seigneur et des siens susdits, que si elle eût été levée en parchemin et scellée de quelque sceau authentique, nonobstant la coutume à ce contraire.

Ceci a été passé publiquement , dans la ville du Lieu du Lac de Joux , dans le poële (salle) de la maison de Nicod Meylan , y étant présents noble Antoine Besson , de Lignerolles , bourgeois des Clées, et discret homme Claude Pillivuit , notaire, du nombre des témoins baillivaux à ce requis et spécialement priés.

(signé) QUIODY , avec paraphe.

Attestation de M. Nillion, notaire et commissaire.

J'ai copié et collationné la reconnaissance ci-dessus , sur le registre d'égrège Quiod , en vertu de l'ordre baillival , à moi adressé, ténorisé à la fin des présentes, et l'ai signée , par *vidimus*, à Romainmotier, le 30 décembre 1757.

(signé) F. H. NILLION ,

Commissaire de LL. EE., avec paraphe.

Teneur du dit mandat baillival.

Nous, Charles Gross, seigneur de Trévelin, ancien chancelier, moderne seigneur baillif de Romainmotier , à vous, M. l'assesseur baillival Nillion , du dit Romainmotier , châtelain de Val-lorbes, salut! La communauté du Chenit ayant été au château d'Yverdon, pour y chercher d'anciennes reconnaissances de la Vallée , entr'autres de celles reçues par les commissaires Dar-bonnier, Quiod et Guibert, qui se sont trouvées entre vos mains, à la réquisition de la dite communauté, nous vous ordonnons de lui en expédier des copies vidimées, et de ce qui y aura rapport, moyennant vos droits.

Donné ce 17^e août 1757.

(signé) C. GROSS, baillif

(Extrait de la procédure imprimée concernant le Risoux , Berne 1761.)

LXVIII.

Abergement, perpétuel du mas de Praz-rodet, fait par Claude d'Estavayer, comme abbé de l'abbaye du Lac de Joux, et Jean, comte de Gruyère, comme seigneur d'Aubonne, aux communautés de Bursins et de Burtigny.

Du dernier d'Octobre 1527.

(*Procédure imprimée concernant le Risoux, Berne 1761.*)

Nos Claudius de Staviaco, Dei gratia, episcopus bellicensis, abbas abbatiaë Lacus juriensis, et nos, Johannes, dominus et comes Gruyeriæ, dominusque Albonæ et aliorum locorum, serie præsentium, universis et singulis, præsentibus et futuris, fieri volumus manifestum quod cum certum massum prati, dumorum et nemorum, situm in juriis nigris, loco vocato Prazrodet, tam citra aquam dictam Orba quam ultra, sicut labunt et currunt aquæ per ambas dependentias, quod massum situm est juxta rupem lacus Quinzonnet, a parte occidentis, loz Berfiouz (Beisioux ou Brassioux), vel usque ad dimidiam leucam vulgarem ultra, a parte orientis, montem vocatum mons Riso, qui est versus loz Moustiouz (Mouthe), a parte Burgundiæ, et pascua de Amburnex, sive loz Mantet, a parte Sabaudiaë et Vaudi, qui, primis temporibus, vacaverit et adhuc de præsentibus vacat, ex eo quia locus ille inhabitabilis esse videtur, tam propter modicam dissentiamque, ad causam prædicti massi, maxime Praz-rodet, inter nos, præfatos dominos habitam, nemo apparebat qui dictum massum abergare vellet. Propterea, nos, præfati, utilitate nostra considerata inter nos melius fore ipsum massum per nos de communi abergare quam, per dissensiam inter nos habitam, vacatum semper remanere, unde supervenerunt nobilis Franciscus de Senarclens, tamquam gubernator, et eo nomine, villaë et communitatis de Brussins, necnon Johannes

Day et Philibertus de Peyz, gubernatores, et eo nomine, villæ et communitatis de Brutignyez, qui quidem, gubernatores de Brussins et de Brutigny, nobis, præfatis dominis, humiliter supplicaverunt quatenus ipsum massum prati, dumorum et nemorum, juxta limites prædictas, infeudare et abergare, sub censu gratioso et intragio moderato, dignaremur, se offerentes futuris ea quæ ratio postulat et requirit obedire. Nos, domini antefati, considerantes utilitatem et commodum nostrum, dampnum et incommodum evitare volentes, attendentes etiam quod nemo coram nobis se præsentavit, nec de præsentati præsentat, pro prælimitato masso abergando, neque qui census aut introgiurium daturum velit, nec se obtulerit, propter (inhabitabilitatem) loci, præterquam prænominati nobilis Franciscus de Senarclens, Johannes Day et Philibertus Peys, gubernatores dictarum communitatum de Brussins et de Brutigny, superius supplicantes; igitur, nos, prænominati domini, abbas et comes, maxime nos abbas, nostro, abbatix nostræ et totius conventus ejusdem nominibus, ex nostris certis scientiis et spontaneis voluntatibus, pro nobis et nostris hæredibus et successoribus quibuscunque, tam communitim quam divisim, et quilibet nostrum in quantum sibi competit et jus spectare videtur, infeudamus et abergamus, atque in feudum et abergamentum perpetuum tradimus et remittimus perpetuo, simpliciter et irrevocabiliter, et hoc via, jure, modo et forma quibus infeudatio, sive abergamentum perpetuum et irrevocabile, melius, firmiter, tutius fieri, dici, intelligi, interpretari aut exponi potest et debet, tam de jure quam de consuetudine, peritorum, sapientium et consuetudinariorum dictamine et consilio, prænominato nobili Francisco de Senarclens, gubernatori de Brussins, Johanni Day, et Philiberto de Peys, gubernatoribus de Brutignyez et communitatum ipsorum villagiorum, præsentibus, stipulantibus et solemniter recipientibus vice, nomine et ad opus ipsarum communitatum de Brussins et de Brutignyez et suorum successorum quorumcunque, videlicet prælimitatum massum prati, dumorum et nemorum, cum suis fundis, juribus, servitutibus, ingressibus et egressibus, juantiis, pertinentiis et appenditiis suis universis et

singulis, ad habendum, tenendum, pasturandum, fruendum, gaudendum, et perpetue per prænominatos gubernatores et suos, nominibus quibus supra, possidendum, et hoc, sub censu annuali et servitio perpetuo, cum directo dominio, mero, mixto imperio, et omnimoda jurisdictione, viginti quatuor solidorum bonæ monetæ, cursibilis patriæ, per dictos gubernatores et suos, nominibus quibus supra, nobis, præfatis dominis, et nostris successoribus quibus supra, cuilibet pro medietate, anno quolibet in festo sancti Michaëlis, archangeli, persolvendum, et ulterius, pro intragio, et nomine intragii, viginti scutorum cigni regis, cum sole, auri, et legitimi ponderis, per nos, præfatos dominos abergatores, a dictis gubernatoribus, abergatoriis, habitorum et receptorum, in bono auro, legitime computato, de quibus ipsos, prænominatos gubernatores et suos quos supra, solvimus et quittamus, per præsentis, cum pacto expresso de non ulterius quidquid, ratione dicti intragii, petendi in futurum, nec exigendo, sub tamen pactis, modis et conditionibus subscriptis et per nos, antefatos dominos, exceptis et reservatis: et primo, quod dicti gubernatores de Brussins et de Brutignyez, nec sui successores, nullaque ipsarum communitatum, neque successores earumdem, possit, neque possint, in masso prati, dumorum et nemorum præabergato, aliquam aliam communitatem, sive personam particularem, cum ipsis acquintare, nec associare, neque aliquam partem dicti massi, superius abergati, alteri communitati, sive personæ particulari, vendere, abergare, aut alienare, quoque modo, in futurum, nisi fuerit per consensum, voluntatem et auctoritatem nostram, præfatorum dominorum, abergatorum, quorum supra. Item, (reservatum est) inter nos, præfatos dominos, quod, infra limites dicti massi, debeat poni officarius communis, pro utraque parte, qui (officiarius) de offensis fiendis infra limites prædictas, reddet nobis, præfatis dominis, computum, cuilibet pro medietate, anno quolibet, sicut offensas reperientur esse factas, et erit electus, talis officarius, per gubernatores ipsarum communitatum, alternative: in uno anno, erit de Brutignyez, et, in alio, erit de Brussins, aut sicut melius ipsis videbitur esse eligendum, semper

computum reddendo nobis, antefatis dominis, devestientes nos, antefati domini, abergatores, maxime nos abbas, nomine quo supra, pro nobis et nostris quibus supra, de prælimitato masso prati, dumorum et nemorum præabergato, cum fundis, juribus et pertinentiis quibus supra, et prænominatos, nobilem Franciscum, Johannem et Philibertum, gubernatores prædictos, nominibus quibus supra, de eisdem, corporaliter et perpetue investiendo, per prædictos, promittentes ea propter nos, prælibati domini, abbas et comes, abergatores, maxime nos, abbas, nomine quo supra, tam communiter quam divisim et nostrum quilibet prout sibi competit et jus spectare videtur, pro nobis et nostris quibus supra, videlicet nos, abbas, manu pectori apposita, more prælatorum, loco juramenti præstiti, et nos, comes, bona fide, et per juramentum præstitum, et quilibet nostrum bona nostra hypothecando, prælimitatum massum prati, dumorum et nemorum superius abergatum et infeudatum, cum suis fundis et pertinentiis jam dictis, prænominatis nobili Francisco, Johanni et Philiberto, abergataris, gubernatoribus ipsarum communitatum, stipulantibus ut supra, et suis quibus supra, in bona pace, pure et libere, pro censu supra-dicto, directo dominio et omnimoda jurisdictione, et conditionibus prædesignatis et superius descriptis, perpetuo manutenere, tueri, et defendere ab omnibus et contra omnes, et in omni judicio ex extra juditium, ac in omni parte litis et controversiæ, atque præsentem infeudationem et abergamentum, omniaque et singula supra et infra scripta, nos, abbas præfatus, laudari et ratificari facere per conventum dictæ nostræ abbatiæ, totiuscunq̄ue, parte dictorum gubernatorum, fuerimus requisiti, unacum omnium et singulorum dampnorum, missionum et expensarum inde, occasione præmissorum, eveniendarum, restitutorum, necnon omnia, universa et singula, supra et infra scripta rata, grata, firma et valida habere perpetue, et tenere, contraque eadem non facere, dicere, opponere, vel venire, per nos, vel per alium, nec alicui contravenire volenti, in aliquo, consentire, clam, palam, occulte, tacite, aut expresse, sed ea omnia et singula, penitus et omnino, inviolabiliter observare, cunctis et singulis

exceptionibus, allegationibus, defensionibus, oppositionibus, privilegiis, renuntiationibus utriusque juris, legis, usus, facti, et consuetudini ac statuto patriæ et loci expresse renuntiando, per præsentés, et maxime juri dicenti «generalem renuntiationem non valere, nisi præcesserit specialis,» ita quod, sub hac renuntiatione generali, comprehendantur omnes aliæspeciales. De quibus præmissis, omnibus et singulis, nos, domini, abbas et comes, præfati, abergatores, volumus et jussimus, per notarios subscriptos fieri et confici duo bona et valida instrumenta, ejusdem substantiæ et tenoris, ad opus cujuslibet communitatis Acta fuerunt hæc, apud Brussins, ante castrum ipsius loci, præsentibus ibidem nobilibus et potentibus Bernardo de Columberio, domino de Vullierens, Johanne Mistralis, domino de Arruffens, ac egregio Nicolão Tripodi, testibus ad hoc vocatis et rogatis, die ultima mensis octobris, anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo septimo (1527).

(signé) P. BADELL,
(avec paraphe.)

JOHANNES TRIPODI,
(avec paraphe.)

Pro copia collatum,
Ober commissariat Bern.

LXIX.

Lettre envoyée de la part de nos princes de Berne à Madame de la Sarra. (La superscription est « à Madame de la Sarra. »)

(Extrait d'un journal msc. de Jean François Nægely, volume côté 16 B, à la Bibliothèque cantonale à Lausanne.)

20 Juin 1536.

Nostre aimable salutation devant mise, apres qu'avons conquete entre autres places et seigneuries la baronnye de la Sarra, sommes este advertis comme le baron vostre mary vous a assure vostre mariage sus icelle quest une bonne somme et a cause que raison ne requiert que vous (non estant nostre

ennemie) pourtez aucungz dommages et aussy que nos commis vous donnarent seurte pour venir parler à eulx vous voulons bien faire et tenir cestuy party assavoir de vous remettre entierement la dicte baronnye, ensemble ses appartenances comme la tenons pour le present sans y rien reserver sinon la souveraineté et ses appendances, par condition que vous contenties les crédeurs et aussy ceux qui ont cense sus icelle, promettants de vous administrer bonne justice et vous entretenir comme autres nos subjectes. Sur ce vostre responce par présent porteur.

Daté le vingtiesme de juing anno 1536.

La souscription étoit telle :

L'advoyer Petit et Grand Conseil de Berne.

Signe pour copie par moy : ABRAHAM CHANTRENS.

LXX.

Prestation du serment de Claude Pollens abbé du Lac-de-Joux.

Anno 1536.

Extrait d'un Journal manuscrit de Jean François Nægely.

(A la Bibliothèque cantonale, volume coté N° 16 B.)

In factio abbatiae Lacus juriensis.

Anno quo supra et die vigesima secunda mensis martii, in manibus quibus retro (magnifici Johannis Rudolphi Grafenried) nomine et ad opus præfatorum dominorum Bernensium personaliter constitutus vir venerabilis dominus Glaudius Pollens, tamquam abbas abbatiae Lacus juriensis suo et nomine omnium suorum religiosorum pro quibus se fortem facit et promittit de rato habendo et fecit homagium-ligium, juravitque manu levata ut moris est, se et dictum suum conventum unacum annexis et connexis ejusdem esse velle et esse debere ho-

mines et subdictos præfatorum dominorum nostrorum Bernensium et tenere præfatam abbatiam in gardam et custodiam a præfatis dominis nostris Bernensibus, donec et quousque benè placitum eorundem fuerit; ulterius providere promisit, itaque media et alia bona existentia in ipsa abbatiâ et membris ejusdem nullatenus detrahere et detracta in ipsa abbazia restituere, et alia juravit prout in formâ fidelitatis nova et veteri continetur, promittens, renunciâns, etc.

Actum, Romani-monasterii, in domo nobilis Johannis Majoris, præsentibus egregio Warnerij notario Orbæ, Johanne de Valleres et Cristoforo Lolardi (Holard), de Orba, testibus.

MICHAEL QUIODI.

LXXI.

Copie de l'abbergement perpétuel fait, au nom de nos très redoubtés seigneurs et princes de Berne, à honneste Claude Pollens, qui fut abbé du Lac-de-Joux, du grangeage de Cuarnens.

Anno 1542, 7 Novembre.

(*Archives cantonales, registres du bailliage de Romainmotier, Tome IV. N° 466.*)

Nous Hans Franz Nâguelli ancien advoyer et Michel Ougspurger boursier, tous deux conseillers de Berne commis et deputez de la part de noz seigneurs et superieurs tant suz le fait et expedition des biens ecclesiastiques que daultres leurs negoces en leurs terres et pays dernièrement conquis, scavoir faisons a tous presens et advenirs que nous suyvant notre charge et puissance et par expres commandement de nos dicts seigneurs et superieurs pour leur bien proffit et utilite pour et au nom diceux avons abberge mis preste et accense et par icelui tiltre abbergeons prestons et accensons aussi donnons en fied et emphiteose perpetuelle et de la directe seigneurie de nos dicts seigneurs par ces presentes a honorable discrete per-